Morales
de
[illegible]
[illegible]
et
Gavet
[illegible]

12
Boutcillermes
37388/A
ey F. XVII. m
17

Nentaelbyme

467280

FRANCISCI MORÆI BRUXELLENSIS DE MALIGNA FEBRE PAROXISANTE OPUS

CONSULTATIONES
Et ſuper unamquamque medi-
ci, per totum morbi decurſum,
operationem
Vtiliſsimas novellas Practicis
OBSERVATIONES
CONTINENS.



FRANCOFVRTI
Sumptibus JOH. PETRI ZUBRODT.
Typis PAULI HUMMII.

ANNO M. DC, LXX.

1670

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

MAJESTATI CÆSAREÆ
SUMMI IMPERATORIS

LEOPOLDI

FRANCISCUS
MORÆUS

SALUTEM.

QUas hauſi ſub Auſtriaco Cœlo vitales auras, & quod traxi ſub Te Auguſtiſſime Cæſar fortunatum natale, cogit nunc aliqua patrii amoris ſignificatione, Cæſareæ Tuæ Majeſtati obſequentiſſima mei pectoris arca-

na teſtari · prodit proindè in lucem libellus iſte meus de maligna paroxiſante febre, quem tuis aris hodie humiliter conſecro: munuſculum ſanè tenue, ſed grandeſcet fortaſsè dum ultrò tuas advolat in manus, cum vel ſeges leviſſima matureſcat in grana, ſi præ manibus eam geſtet Apollo; eandem ſibi ſperat fortunam opus hoc meum, quod, meliori adinvento Æſculapio, vires accipiet, & incrementa, quibus graſſantem per terrarum viſcera maligno influxu epidemiam toto orbe deturbat. Vereor profectô tenuem adeô codicem tibi ſiſtere:

cujus

cujus foco victimæ debentur laureatæ, ſed dat animum ingenita humanitas ſi muneris me terret humilitas: invitat patrius genius, ſi revocant auſtriacæ domus præconia, quæ ſi prætereo, id fit quia obmuteſcit elinguis oratio, ubi, nullis involvenda ſilentii tenebris, merita voce tacita loquuntur: proinde ſatius erit ſi corde premam quæ debeo, quam ſi verbis ornem, quæ nequeo. Hoc ſolum deprecor, ut ſerena fronte hoc mei in Tuam Majeſtatem debiti, & obſequii devotiſſimum pignus excipias, ſecurus, quod ſub Auſtriacæ AQUILÆ alarum patroci-

trocinio iniquos invidioſorum morſus licebit irridere; timebunt enim qui Lycambæo dente cum Saturno mordent & lapides, timebũt, inquam, ne Ales tuus Jovis armiger tibi ſuggerat fulmina, quibus perciti cadant: gaudebo ego tanto Mæcenati innixus; gaudebit opuſculum, tenuis alioquin vapor, eò deveniſſe feliciter, ubi ſyderis ſpeciem celeriter induet. vale.

FER-

(o)

FERDINANDI DE TASSIS BARONIS OCTAVII FILII

AD AUCTOREM.

EPIGRAMMA.

MAligna ſalus hominum, Medicis Epidaurius almus
Cœlitibus ſocius factus ab inde fuit.
Aſpectu ſolo quod mortis ab unguibus atræ
Sæpius Ægrotos fecerit incolumes;
Hic Medicum Numen merito cognomine dictus,
Hic Patre progenitus ſole vocatus erat:
Tu tamen Ingenio, tu viribus atque medelis
Titanis ſobolem magne Moræe domas;
Reddidit hic viſu ſanos, tu tale ſerenis
In libri radiis efficis ecce tui;
Filius hic ſolis, tu Phæbus es alte Moræe,
Cujus in hoc libro lumina ſunt, & erunt:
Ergo quis emeritò non inter collocet aſtra
Nomen, cum libro docte Moræe tuo?
Quæ dat vitalem morituris pagina lucem,
Viventũ in tenebris jam timet ipſa mori;
At dum Cæſareæ requieſcit in Alitis umbra,
Luce frui, aut vitâ nobiliore nequit.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

BEnevole Lector, cum ſæpè multi amici non ſolummodo me rogaverint, ut curationem malignarum febrium, quibus laborarunt, typis committerem, verum & aliquoties idem mihi Illuſtriſſimi Reipublicæ Venetæ Senatores imperaverint, atque adeò ab humanitate verſus proximum, ipsâque obſervantiâ, Patronis à nobis ſemper preſtandâ ſim convinctꝰ, ut curationes, quibus hoſce nobiliſſimos viros & amicos à malignis febribus liberavi, in lucem edam; confugio ad benevolum tuum affectum, ne propterea me de arrogantia accuſes, quoniam, ut jam intellexiſti, hæc publica Opuſculi emiſſio magnorum virorum deſiderio & authoritati, amicorum benevolentiæ, proximique ſaluti imputanda eſt. Libentius tamen in lucem edo, conſiderans quod junioribus medicinæ Doctoribus maximè inſervire poſſit, cum de febre pertra-

ctet

ctet maligna quæ indies medico practicanti occurrit curanda, in cujus curatione ſi ſe verſatum demonſtret, non ſolummodo gloriam, verum & fidem nomenque famoſi & periti medici acquirit. Quid enim juniori medico glorioſius, quam vitam infirmi in hac maligna, periculoſiſſima & frequentiſſima febre, docte operando, conſervare? modo autem clariori magisque diſtincto hanc malignam febrem deſcripſi, primo oculis lectoris infirmi temperamentum, deinde ipſum morbum, cauſam, indicationes, prognoſticum, denique ipſa remedia objiciens, prout in conſultationibus, non ſolummodo dum plures medici concurrunt, verum & unaquaque morbi curatione à medico ſolo etiam infirmum viſitante, obſervari debet. Quia autem, quæ frequentiſsimè, imò indies practicanti medico occurrunt curandæ, ſunt malignæ febres paroxiſantes, raro autem continuæ continentes, ut ſynochæ & ardentes malignæ obſerventur, hinc ſolum de periodica maligna

)(5 *febre*

febre pertracto, quam in tres ſpecies, prout malignitatem nunc in bilioſo, nunc in melancholico, nunc verò in pituitoſo humore obſervamus, diſtinctam, in infirmis à me curatis ſcholaſtico modo & unamquamque particulari tractatu comprehenſam, propono, deſcribens eaſdem primis capitibus horum tractatuum prout ſunt malignæ febres diſtinctæ contra putridas, & prout à ſymptomatibus aut aliis morbis non concomitantur, ut ſic lectori indicationes eſſentiales malignæ febris poſitæ juxta indicationes ſimpliciter putridæ magis & evidenter omni etiam morbi tempore eluceſcant. In cæteris deinde capitibus ſubſequentibus uniuſcujuſque tractatus febres hæ malignæ proponuntur concomitatæ ab hoc vel illo morbo aut ſymptomate, quæ eſſentiales malignarum harum febrium indicationes permutantia, diverſam iterum curationem expoſtulant, ita ut haſce malignas febres primò per ſe, deinde cõcomitas à ſymptomatibus ut plurimum occurrentibus & ordi-

& ordinariam curationem permutantibus in hoc meo opuſculo, modo à nullo hactenus obſervato, & evidentiſsimo, conſpicias: quàs inſuper febres primò in ſexu virili cujuſcumq; ætatis, puerilis, mediæ, ſenilis, deinde in femineo, ut puellis, gravidis, puerperiſq; propoſui, ut nihil, quod eſſentiales malignæ febris indicationes, & conſequenter curationem permutare poteſt, omitteretur. Deniq; peracta uniuſcujuſq; febris curatione, adjunxi ſuper unamquamq; medici per totum morbi decurſum operationem utiliſsimas obſervationes, in quibus non ſolummodo unamquamque medici operationem in Hippocratis doctrina fundatã eſſe, demonſtratur, verum & naturalis ratio lectori aſsignatur. Quis igitur hoc opus, quod non niſi miſeriæ humanæ ſublevandæ gratia, commodoq; novellorum Practicorum excogitatum, grato benevoloq; animo non erit perlecturus? Benè, feliciterq; vale benigniſsime lector, meq; commodis tuis addictiſsimum ſemper cognoſce.

INDEX.

TRACTATUS PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Duplex continua tertiana febris maligna, prout diſtinguitur contra febrem duplicem tertianam ſimpliciter putridam.

CAPUT SECUNDUM.

Duplex tertiana maligna febris concomitata à diarrhæa.

CAPUT TERTIUM.

Duplex tertiana maligna febris concomitata à vomitu & maculis petechialibus.

CAPUT QUARTUM.

Duplex tertiana maligna febris concomitata à catharro ſuffocativo.

CAPUT QUINTUM.

Duplex tertiana maligna febris concomitata à dolore colico, animi deliquio & ſingultu.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

Duplex tertiana maligna febris petechialis concomitata in principio augmenti à pleuritide.

CAPUT SEPTIMUM.

Febris duplex tertiana maligna à principio concomitata à diarrhæa, in augmento à peripneumonia & catharro ſuffocativo.

CAPUT OCTAVUM.

Febris duplex tertiana maligna concomitata à vomitu & diarrhæa à principio, ab hepatis inflammatione in augmento.

CAPUT NONUM.

Duplex tertiana maligna concomitata à diarrhæa & eryſipelate.

CAPUT DECIMUM.

Duplex tertiana maligna petechialis concomita à dyſenteria.

CAPUT UNDECIMUM.

Duplex tertiana ſubintrans facta maligna.

CAPVT DUODECIMVM.

Duplex tertiana maligna concomitata ab ordinato ſeu naturaliter fluente menſium fluxu.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Duplex tertiana maligna concomitata à purgatione menſium imminuta.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Duplex tertiana maligna concomitata à superflua menſium purgatione.

CAPUT DECIMUM QVINTUM.

Duplex tertiana maligna febris in matrona gravida in 4. menſe.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Duplex tertiana maligna in gravida octavi menſis, cum creatura in utero mortua.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Duplex tertiana maligna in puerpera concomitata à pleuritide & imminutis lochiis.

CAPUT

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Duplex tertiana maligna concomitata à variolis in puero.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Duplex tertiana maligna concomitata à morbillis in puella.

CAPUT VIGESIMUM.

Duplex tertiana maligna concomitata à lumbricis.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Duplex tertiana maligna febris in puerulo concomitata à ſpaſmo.

TRACTATUS SECUNDUS

CAPUT PRIMUM.

Triplex quartana ſeu melancholica maligna febris non concomitata.

CAPUT SECUNDUM.

Triplex quartana maligna concomitata à teneſmo & fluxu hæmorrhoidali in morbi principio, in augmento verò à diarrhæa.

CAPUT TERTIUM.

Triplex quartana maligna concomitata à flatu hypochondriaco in morbi principio, in augmento verò & ſtatu etiam cum delirio melancholico obſtinatiſsimo.

TRACTATUS TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

Continua quotidiana maligna febris per ſe.

CAPUT SECUNDUM.

Continua quotidiana maligna febris in puero, concomitata ab inſultu epileptico in vigore morbi.

CAPUT TERTIUM.

Continua quotidiana maligna febris concomitata à ſomnolentia & tandem ipſo lethargo in morbi augmento.

TRA

TRACTATUS PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

PRimo Aprilis ad nobilem vocatus Germanum, qui, ætatis juvenilis, macilentæque conſtitutionis, multùm de ſiti, continuóque exceſſivo calore, pomeridiano tempore indies cùm intenſo capitis dolore exacerbante, conquerebatur; in pulſu ejuſdem non ordinariam ſimplici putredini obſervans in principio morbi debilitatem, corporiſque inſpiciens jactationes, & inquietudines; judicavi eundem nobiliſſi-

mum juvenem, ut plurimum bilioſum temperamento, duplice tertiana continua maligna febre laborare.

Eſt autem hæc febris (*a*) continuus calor indies paroxiſans, proveniens ab humore ut plurimùm bilioſo, (*b*) in mediis venis propter earum obſtructiones putreſcente, & malignitate affecto.

Quapropter, primis viis abſterſis maxima pars humoris morbific in principio morbi eſt évacuanda: reliquum deindè quòd reſtat poſt univerſalem hanc evacuationem eſt attemperandum, humor nimirùm morbi tenuior in quo reſidet malignitas, alexipharmacis attemperatur in ſua malignitate remediis, & corde revellitur; craſſus verò co coquitur putredini reſiſtentibus, & concoctus evacuatur in morbi de clina

(a) Eſſentia, & cauſa morbi. (b) Indicati nes de ſumptæ ab humore morbi.

clinatione : obſtructio inſuper venarum per totum morbi decurſum poſt univerſales evacuationes eſt aperienda, uti & febris alteranda, & vires (*a*) infirmi conſervandæ. Sed ut hæc omnia exequantur, hoc opus hic labor, quoniam morbus ut ait Hippocrates (*b*) in ſe eſt valdè periloſus, cùm febris non ſolummodò ſit continua verùm & maligna: ex altera tamen parte bilioſæ naturæ infirmi eſt affinis, & conſequenter minus periculi habet, ita eodem Hippocrate (*c*) affirmante, adeòque anceps victoria: conſiderans tamen ſimplicem eſſe malignam febrem, hoc eſt ab aliis morbis aut ſymptomatibus non concomitatam, infirmum verò robuſtæ naturæ, & vigentis ætatis, auſus ſum de ſalute patientis benè ſperare, atque, hac relicta domeſti-

(a) Morbo viribus infirmi. (b) Sect.4.ap.43.
(c) Sect.2.ap.34.

eis (*a*) prognoſticatione, ita curam ſum aggreſſus.

Primo igitur hoc die ilicò imperavi (*b*) ut vena dextri brachii aperiatur, ſanguiſque ad octo uncias evacuetur, injiciens eodem matutino tempore ſequentem clyſterem.

℞. Decoct. emol. & refrigerant. pro clyſt. ℔.j. *Diſsolve Diacathol.* ℥.j. *Flor. Caſs.* ℥. S. *Mel. viol. ſol.* ℥.iij. *Ol. viol.* ℥. iiij.
& f. clyſter.

Cibum deinde ordinavi, tenuem ſcilicet panatellam quatuor horas antè paroxiſmum pro prandio, ſuccum verò hordei nocturno tempore, declinante febre, pro cœna; pro potu autem nobiliſſimo infirmo aqua acetoſa, aciditate citri permixta, inſerviebat.

2. San-

(a) Prognoſticatio: (b) Remedia.

2. Sanguis iterum ex eodem brachio ad ſex uncias fuit evacuatus, & ilicò à ſanguinis miſſione ſequens enema hoc matutino tempore injiciebatur.

℞. *Cremor. hordei* ℔. j. *Diſſolve flor. caſſ.* ℥. j. *Mel viol. ſol.* ℥. iij. *m. & f. clyſter.*

3. Matutino tempore quinque horas antè paroxiſmum infirmo ſolum prandium ex tenuiſſima panatella carne contuſa permixta præſcribebam; veſpertino verò, paroxiſante febre, cum multum ſitiret, ebibebat ſequentem juleppum.

℞. *Seri caprini deſtil.* ℔. j. *Aq. cord. hercul. ſaxon. totius cit. an.* ℥. j. *Spiritus vitriol. gutt.* vj. *Syr. de limonib.* ℥. j. *m. f. julep.*

 4. nobi-

4. nobiliſſimus infirmus valdè erat inquietus, multumque de oris amaritudine cum linguæ ariditate conquerebatur. Hoc matutino tempore primo brodium herbis

Acetoſa. Endivia. Cicor. Violis.

& cremor. tartari ℥. j. alteratum offerebam, à quo poſt horam ſuccum hordei aciditate limonis permixtum pro prandio concedebam, pariter præſcribens, alvo nihil dejiciente ſequentem clyſterem.

℞. *Brodii carnis q. ſ. Diſſolv. flor. Caſſ.* ℥. j. *Diacatholicon.* ℥. ß. *Mel. Viol. ſol.* ℥. iv.

f. clyſter.

Veſpertino verò vigente paroxiſmo, ebibebat ſequentem juleppum

℞. *a*

℞. aq. endiv. Acetoſ. an. ℔. S cord. ſaxoniæ toti. cit. an. ℥. j. Syr. de limonib. ℥. ij. Margar. ppt. ℈. S. m. f. julep.

5. Matutino tempore nobiliſſimus infirmus primò brodium herbis, & margaritis alteratum aſſumpſit, poſt quod, obſervato paroxiſmi tempore, prandit tenuem panatellam ſucco limonis permixtam, cœnavit deindè nocturno tempore, febrili declinante paroxiſmo, emulſionem ſeminum melonum cum brodio carnis præparatam.

6. Majori in pulſu ſuperveniente debilitate, & nihil alvo evacuante, ordinavi matutino tempore injiciendum ſequens enema, pro nocturno verò antè cœnam ſubſequentes bolos.

℞. *Lact. q.ſ. Diſſolv. ſaccar. rub.* ℥. iiij. *Butyr. recent.* ℥. iij.

m. f. clyſter.

℞. *Confect. AlKerm. Hiacinthi an.* ʒ. S. *Magiſt. Perlar. gran.* vj. *Iulep. de gem. parum.*

m. f. bol.

7. Corpus ſua ſponte, & quidem copiosè craſſiora flava excrementa dejecerat, epullulante veſpertino tempore per totum corpus notabili madore: quòd obſervans, propinavi ilicò ſequens ſudoriferum.

℞. *Confect. Alkerm.* ʒ. j. *Lapid. Bezoar. occidentalis* (inquam occidentalis, nam in urbe Veneta orientali non multum fidendum) *gran.* xx.

Marg. ppat. ℈. s.

m. f. bol. quibus ſuperbibet.

℞. *ſeri*

℞. ſeri caprini deſtillat. ℔. j. *Spirit. vitriol. gut.* vj. *Syrup de limon.* ℥. j. *m. f. julep.*

8. Apparebat infirmum à copioſo ſudore vi medicamenti provocato jam eſſe in meliorem ſtatum reductum, cui tamen non multum fidendum, imo quàm diligentiſſimè in ea, quæ malignitati, & putredini reſiſtunt, hoc augmenti tempore perſiſtendum, quoniam etiamſi appareat infirmum meliùs ſe habere, ſe occultante malignitate, poſt paucos tamen dies ſæpè infirmos obſervamus quaſi agoniſantes, malignitate novo impetu naturæ inſultante. Quapropter tenuiori diætâ ex cremoribus hordei, emulſionibus ſeminum melonum, brodiis alteratis ſucco inſtaurante permixtis propter augmentum morbi præſcriptâ, ordina-

vimus matutino tempore ſubſe-
quentia.

℞. *Confect. Alkermes. Hiacinthinæ an. ℥. S. Margarit. præp. ℈. S. Iulep. de gem. parum.*
m. & f. bol. quos capiat ante cibum hoc manè.

℞. *Aq. cord. hercul. ſaxon. tot. cit. Scorzone. an. ℥. j. Seri deſtillat. ℔ j. Spir. vitriol. gutt. v. Syr. de limon. ℥. j. Iulep. de gem. ℥. s.*
m. f. julep. quem capiat veſpertino tempore, exacerbante febre.

9. Alvus nihil dejecerat, & propterea, leniter abluens ſequens clyſter ilicò hoc manè injiciebatur, à quo brodium ſucco limonum, & cremore tartari ad ℥. j. ſuccoque inſtaurante alteratum aſſumebat.

℞. *Cre*

℞. *Cremor. hord.* ℔.j. *Diſſolv. Saccari rub.* ℥. iiij. *Ol. Viol.* ℥. v.
m. f. clyſter.

10. Majori in pulſu ſuperveniente malignitatis inſultum præſagiente debilitate ordinavi *margaritas ad* ʒ. s. cum cibo hoc mane permiſcendas, deindè pro nocturno tempore antè cœnam præſcribebam ſequentem juleppum cordialem.

℞. *Aq. tot. cit. Cord. ſaxon. ana* ℥. ij. *Iulep. de gem.* ℥. j.
m. f. julep.

11. Corpus ſua ſpontè multum dejecerat: qua de cauſa nihil hodierna die præter tenuiorem cibum alexipharmacis corroborantibus permixtum ordinabam.

12. Quia alvus nihil expurgabat, majorque ſitis cum aſperiori linguæ

ſiccitate ſupervenerat, præſcribebam ſequentia.

℞. *Lact.* ℔.j. *Saccari rub.* ℥. iiij. *Ol. viol.* ℥. v.
m. f. clyſter, qui ilicò hoc manè injiciatur.

℞. *Seri lact. caprin. deſtil.* ℔. j. s. *Spirit. vitr. gutt.* vj. *Aciditat. cit:* ℥.j. *julep. de gem.* ℥.s.
m. f. julep. quem ebibat exacerbante febre.

13. Nobiliſſimus infirmus maximè erat inquietus, & cùm interrogarem illum, luctuosè reſpirans, ad parietem ſe convertebat, nocte autem tranſacta nihil dormiverat, eidem ſanguine è naribus ad aliquot guttas ſtillante. Quæ omnia quàm periculoſa ſint non ſolummodò Hippocr. Aph. 54. ſect. 6. notum, verùm & domeſticis, qui multùm ob hæc ſigna de-

de morte infirmi timebant. Sed pulſum obſervans validum, & morbo reſiſtentem, urinæ inſpiciens concoctionem, morbique vigorem conſiderans, obſervanſque noctem poſſe eſſe in hoc acuto morbo antè judicationem, quæ ſemper gravior, ut ait (a) Hipp. auſus ſum de ſalute infirmi, qui cibum benè aſſumens mente continuò conſtabat, benè adhuc ſperare, domeſticis prognoſticans morbum nunc ſupremum malignitatis gradum attingentem facilè ſudore cum ſalute infirmi hoc decimo quarto paroxiſmo terminaturum. Quapropter cibum ei tenuiſſimum, ſed inſtaurantem, & margaritis permixtum præſcribens, naturæ criſim reliqui, quæ die ſequente

14. Peracta, miſerum infirmum copioſiſſimo ſudore totaliter ſimul, & ſemel

(a) Sect. 2. aph. 13.

& ſemel ſanitati reſtituit, quo die à Medico nihil peractum. ſed

15. Cum corpus excrementa alvi non expurgaſſet, ordinavimus ſubſequentem clyſterem.

℞. *Diacathol.* ℥. s. *Flor. caſſ. nov. extract.* ℥. j. *Mel. viol. ſol.* ℥. iij. *Ol. viol.* ℥. iiij.
Cum brodio carnis q. ſ. miſ. & f. clyſter.

16. Matutino tempore brodium propinavimus alteratum.

boragine violis endivia
Cichor. & ℨ. ij. *cremoris tartar.*

Veſpertino verò medicamentum electivè purgans in infuſione pro ſequenti die præſcripſimus, infirmo ſimul de adepta ſanitate congratulantes, & valedicentes.

℞. *Rha-*

℞. *Rhabarb. Optim.* ʒ. ij. *Cremor. tart.* ʒ. iij. *Fol. Sennæ mund.* ʒ. s. *Cinam. opt.* ʒ. s.

Pul. in ſuff. aq. acetoſ. qte. per noctem ſuper cineres calidos macerentur, manè colaturæ.

℞. ℥. iiij. *in quibus diſſolve Mannæ elect.* ℥. iij.

fiatque potio albumine ovi clarificata.

Prima obſervatio. Quod ſanguinis miſſio in prima viſitatione ilicò fuerit ordinata, idque ut cum ſanguine major pars humoris morbifici in principio morbi evacuaretur, hoc eſt ut primæ indicationi medicus inſerviret, ita magno (*a*) Hippocrate, *Move in principio*, imperante.

2. Obſervat. ſanguinis miſſionem fuiſſe replicatam, quia ita magnitudo morbi copiaque humoris morbifici indicabant, idque ſecundo die viſita-

(a) Sect. 2. ap. 29.

viſitationis, morbo adhuc in princi-pio exiſtente. Inquam in principio, quoniam hæc Medici operatio in morbis acutis primis diebus adhi-benda, quoniam in hiſce morbis quoad iſtam operationem tardare malum, cum vires infirmi præ debili-tate ſæpiſſimè haſce generoſas Me-dici operationes aliis morbi tempo-ribus omninò prohibeant. In prin-cipio igitur morbi Medicus in hiſce malignis febribus advocatus, illicò ad haſce univerſales operationes confugere debet: quod ſi ſeriùs ve-rò, augmenti v. g. tempore ad infir-mum vocetur, vires primò infirmi accuratè conſiderabit, quas ſi reſpe-ctivè ad hanc operationem, & morbi vigorem validas obſervet, poterit eandem etiam in augmento præſcri-bere, ſin minus, prudenter omittet.

3. Obſ. Medicum in hoc acuto

mor-

morbo nunquam hoc eſt neque in principio, neque in augmento, neque in ſtatu morbi per os purgans medicamentum infirmo ordinaſſe, ſed ſolis clyſteribus primam corporis regionem abluentibus, idque fortioribus in principio, debilioribus verò, morbo in augmento & vigore conſiſtente, curam peregiſſe: & ratio eſt, quia non ſolummodo medicamenta electivè, verum & lenitivè ſolumpurgãtia per os data, malignos ad centrum humores trahunt, morbumque conſequenter adaugent infirmo majorem inquietudinem, anxietatem, velociores frequentioreſque pulſus, uti ad oculum patet, afferendo. Ideoque prudentiſſimè (*a*) Hippocrates admonuit in morbis acutis non purgandum, intelligens de tribus primis morbi temporibus principio, augmento, & ſtatu, in

(a) Sect. 1. ap. 24.

tu, in quibus omnia medicamenta
ſivè electivè, ſivè lenitivè ſolum pur-
gantia per os data omninò prohibet:
blandiori verò longe, & ſecuriori
forma infirmus curatur, ſi ab omni-
bus univerſaliter purgantibus hiſce
morbi acuti temporibus ſecundùm
Hippocratis mandatum abſtinea-
mus.

4. Obſerv. quòd, poſtquàm ter-
tio, quarto, quinto, &c. die ea ordi-
naſſem quæ malignitati, & putredini
febrili reſiſtunt, tandem ſeptimo die
morbi, quo ſudare bonum (a) Hipp
generoſa ſudorem provocantia ale-
xipharmaca præſcripſerim, quibu
ſecundæ febris malignæ indication
attemperationem & revulſionem
humoris maligni à corde deſideran
ti, ſatisfeci. Hanc bene obſervat
operationem, quoniam, ſanguine i
prim

(a) Sect. 4. Ap. 36.

principio morbi evacuato, eſt primaria operatio cui medicus maxime in maligna febre incumbere debet.

5. Obſerv. quòd hæc à corde humoris maligni revulſio etiam veſicatoriis femoribus vel brachiis applicatis fieri poterat, quæ tamen à me omiſſa fuerunt, morbo, poſt provocatum ſudorem, mitiori modo infirmum affligente.

6. Obſ. quòd, ſeptimo morbi peracto ſudore, per reliquum morbi decurſum continuo, quæ putredini, malignitatique reſiſtunt non ſolummodo propinaverim, verùm & quæ erant obſtructiones aperientia, viresque infirmi corroborantia, ita viribus, causâ, morbôque in augmento, & vigore conſiſtente, indicantibus.

7. Obſerv. Extinctâ, & expulsâ omni-

omninò malignitate, imò morbo ipſo ſudore jam terminato, tandem infirmo electivè purgans mendicamẽtum fuiſſe propinatum, quo humor morbi craſſior, per præparantia augmento, & ſtatu morbi oblata, jam concoctus, fuit expurgatus. Ita (a) Hipp. imperante.

8. Obſ. Concludim⁹ igitur febrem hanc bilioſam malignam multùm à bilioſa febre ſimpliciter putrida in curatione differre, quoniam in maligna à medicamentis tùm lenitivè, tùm electivè purgantibus tribus primis morbi temporibus omninò abſtinemus, ſoliſque clyſteribus per hæc morbi tempora curam peragimus, in ſimpliciter vero putrida, & lenitivè in principio & electivè, apparente concoctione, in augmento, purgantia per os propinamus; ſu-

dorife-

(a) Sect. 1. aph. 22.

dorifera inſuper in maligna febre primis morbi temporibus,in putrida vero in ultimis, & expurgantibus præmiſſis,ordinamus.

9. Obſ. Infirmum in morbi principio panatellis, aliiſq; cibis craſſioris ſubſtantiæ fuiſſe cibatum, dùm vero morbus in vigore conſiſtebat, ſolis brodiis inſtaurantibus,emulſionibus, cremoris hordei, & ſimilibus facilioris digeſtionis cibis fuiſſe ſuſtentatum. Ex quo colligendũ infirmũ in principio morbi maligni craſſioribus cibis eſſe nutriendũ, in augmento vero tenuiori, & adhuc tenuiori,hoc eſt, tenuiſſimo in vigore. Audite quid (a) Hippocrates imperet, *Cum morbus in vigore conſtiterit, tenuiſſimo victu utendum*: ſed & ratio ita perſuadet,quoniã ſi craſſ9 illis morbi temporibus cibus offeratur, natura à conco-

(a) Sect. 1. ap. 8.

concoctione materiæ morbificæ, quæ tùm maxime peragitur, diſtrahetur, quoniam ſuccurrere deberet cibi craſſioris digeſtioni. Quam causam bene ſi obſervarent illi, qui purgantia hiſce etiam morbi temporibus infirmis præſcribunt, credo quod non ſolummodo ab electivis verùm & blandiſſimis lenitivis abſtinerent, quoniam illis purgantibus non ſolummodo concoctionem materiæ morbificæ, ejuſque per ſudorem à natura præſtandam expulſionem, ut dictum, impediunt, verùm & ventriculum in chylificatione labefactando, toti corpori nutrimentum detrahunt. Quid igitur mirum ſi poſt hæc vires aliquando ſubito labi videamus?

10. Obſervat. Nobiliſſimum patientem à ſimpliciter maligna biliosa febre hoc eſt ab aliis morbis

ſympt-

ſymptomatibus non concomitata hoc capite à me fuiſſe curatum; nunc autem eandem hanc febrem in ſequentibus capitibus pro ut ab hoc vel illo morbo aut Symptomate, quæ indicationes, & curationem mutant, concomitatur, in diverſi temperamenti infirmis ordinatim proponemus.

CAPUT SECUNDUM.

EOdem menſe Aprilis mercator Venetus à continuo exceſſivo febrili calore, magis tamen indies pomeridiano tempore affligebatur, ſæpe dejiciens aquoſam, & flavo colore tinctam ſeroſitatem: inchoante ſolummodo morbo in lingua à nimia ſiccitate aſperitas, in pulſu, debilitas cum infirmi anxietate obſervabantur. Homo autem erat ampliſſimus mercator macilentus, à bilis

lis prædominio in facie tinctus flavo colore, oculoſque habebat feroces, &c. domeſticis indicavi ampliſſimum mercatorem temperamento omnino bilioſum continuâ duplice tertiana malignâ febre à Diarrhæa concomitata laborare. Quod autem hæc febris (*a*) eſſentialiter ſit extraneus calor continuo infirmum, ſed tamẽ magis pomeridiano tempore affligens, atque quod ex humore ut plurimum bilioſo in mediis venis propter earum obſtructiones putreſcente, & malignitate affecto proveniat, jam dictum in anteriori capite: de eſſentia ſolummodo diarrhææ opus eſt ut aliqua hic afferamns, quæ (*b*) realiter in noſtro caſu non eſt niſi frequens alvi humoris bilioſi evacuatio, proveniens ab humore acri inteſtina non ſolum

(a) eſſentia & cauſ. morb. (b) Eſſentia, & cauſa diarrhææ

ſolummodo ad crebram hanc dejectionem ſtimulante, verum & ſeroſitatem vaſorum ad alvum alliciente. quapropter (*a*) indicationes nõ ſunt à morbo, & cauſa morbi ſtatim hic deſumendæ, uti in præcedentis curatione, verum à cauſa ſymptomatis indicatio hic eſt & conſequenter curatio inchoanda: quoniam hæc diarrhæa, juxta Hipp. doctrinam, (*b*) cum ſine conferentia & facili tolerantia verum vires dejiciendo infirmum affligat, ſymptomaticâ exiſtente, eſt à medico curanda, & conſequenter humor acris inteſtina ſtimulans eſt leniter evacuandus & attemperandus illis, quæ inteſtina adſtringente facultate ſimul corroborant; humor vero qui ad alvum è venis confluit, eſt à ventre revellendus. Humor (*c*) deinde morbi in quantum eſt malignus,

(a) Indicat. (b) A cauſa Symptomatis, (c) A cauſa morbi.

lignus, à corde eſt revellendus, & alexipharmacis in malignitate at temperandus, in quantum vero pu treſcens, eſt corrigendus conco quentibus in putredine, & conco ctus expurgandus in morbi declina tione, extinctâ malignitate. Pe (*a*) totum morbi decurſum debemu inſuper vaſorum obſtructiones ape rire, febrem refrigerare, & vires in firmi corroborantibus conſervare..

Quantum periculi patienti no ſtro ab hoc morbo immineat, cla rum eſt conſideranti illa, quæ capit præcedente à nobis ſunt in (*b*) pro gnoſticatione allata, quæ omnia h locum habent: Sed ſymptoma h magis ipſo morbo timendum, quo niam hoc vires proſternendo, mec ci operationes impediendo m gnum damnum naturæ affert in c ratione. Dicit Hipp. ſi remedia u

verſ

(a) à morbo, & virib. (b) prognoſt.

verſalia in principio acuti morbi fuerint neglecta, eſſe malum: ſed hic nonne eſt pejus, cum à ſymptomate præſente omni morbi tempore prohibeantur? Hic igitur medico de morte infirmi valde eſt timendum, quamvis tamen etiam non ſit deſperandum, patiente robuſto, & in media ætate exiſtente.

Domeſticis data hac incerta, ut Hipp. (*a*) imperat, prognoſticatione, ita curam ſecundum ſcholaſticas regulas, hoc eſt, indicationes, inchoavi, ordinans (*b*) prima hac viſitatione pro matutino tempore ſubſequentem abſtergentem, & attemperantem clyſterem, pariterque præſcribens ordinarium potum, cibumque, qui ex panatella matutino tempore, nocturno vero ex emulſione carne contuſa permixta, conſtabat.

 ℞. *Crem.*

(a) Sect. 2. ap. 19. (b) remedia.

℞. *Crem. hord.* ℔. j. *Diſſolv. mell. roſ. ſolut.* *Syr. roſ. ſol. ana* ℥ iij. *Saccari rub.* ℥. iiij. *Vitel. ov. num.* ij.

f. clyſter.

℞. *Aq. acetoſ.* ℔. x. *gelatinæ ca. ribes* ℥. iiij.

m. f. julep. pro potu ordinario.

2. Die viſitationis, qui tertius era[t] morbi, referebat infirmus, quod quamvis ab enemate bene dejeci[ſ]ſet, & quidem craſſiora flava ſpu[] mantia excrementa, nihilominus ta[] men per totam noctem flavam ſer[o]ſitatem corpus expurgaſſet. Lin[] guam inſpiciens, obſervavi magna[m] cum aſperitate ejuſdem ſiccitatem[] referente infirmo magnam in o[re] adeſſe amaritiem. Quæ bilem in ſ[u]perioribus primæ regionis partib[us]

abu[]

abundare cum indicarent, propinavi ante panatellam hoc matutino tempore ſubſequentem placentulam.

℞. *Pulpæ Tamarindorum.* ℥.j. *Spi. Nard.* ℈.j.
m.f. auro cooperta placentula.

Veſpertino autem rediens, infirmus per totam diem primo flavam ſeroſitatem, deinde craſſiora à tamarindis tincta nigricantia excrementa dejecerat. Nihil niſi cibum abſtergentem ex cremore hordei vitelloque ovi hoc veſpertino tempore præſcribebam.

4. Evacuationem alvi matutino tempore inſpiciens, maximè admirabar de ejuſdem copioſa quantitate, conſideranſque ejuſdem aquoſitatem ſeu tenuitatem, quoniam ipſa

aqua flavo colore tincta apparebat: obſervavi humoris cruditatem. Ante cibum iterum placentulam non ſolummodo abſtergentem, verum attemperantem & incraſſantem ipſumque ventriculum, & inteſtina adſtringente facultate corroborantem hoc manè propinavi, ſimul præſcribens attemperans, & craſſiora inteſtina abluens enema.

℞. *Cremoris hord.* ℔. j. *Diſſolv ſaccar. rub.* ℥ iij. *Syr. roſ. ſol.* ℥ iiij *Vitel. ov. num.* ij.
m. f. clyſter qui injiciatur jam jam.

℞. *Pulpæ tamarindor.* ℥ vj. *Corall. rub. Cornu cerv. pp. Magar pp. ana* ℈ j. *Spic. Nard.* ℈ s.
m. f. placentula.

5. Cum infirmus ob flavæ linguæ ſiccitatem non ſolummodo matutino, verum & veſpertino tempore ex-

acer

acerbante febre, multum ſitiret, propinavi matutino tempore brodium acetosâ alteratum, & vigente febre ſubſequentem juleppum.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. j. *Syr. Corallor. rub.* ℥. js.
m. f. julep.

6. Majores infirmo ſuperveniebant anxietates, pulſus frequentiores, & debiliores, exiſtente etiam copioſiori alvi dejectione. Tenui ordinata cum piſta carne permixta, panatella, pro matutino cibo, præſcripſi ſequens magis adſtringẽs enema.

℞. *Lact. chalybeat.* ℔. j. *Diſſolv. ſacc. rub.* ℥ iiij. *Vitell. ov. num.* ij.
m f. clyſter.

7. Infirmus aquoſam flavã ſeroſitatẽ copiosè, cum magna viriũ debilitate dejecerat; quam obſervãs è venis ad alvum confluere non ſine magno patientis detrimento, revellens ſudore

ſequens præſcripſi in declinatione paroxiſmi remedium.

℞. *Diaſcord. fracaſtor.* ℈. iiij. *Lapid. Bezoardi. gran.* xx. *Corn. Cerv.* ʒ. s. *Corallor. rubror.* ℈. j. *Margarit. ppat.* ℈. s.

M. f. bol. auro coopert.

8. Quamvis infirmus copiosè à medicamento ſudaſſet, imo & poſt cibum nocturno tempore honeſtè dormiviſſet, nihilominus cum augmento febris æque obſtinatè diarrhæa continuabat. qua de cauſa enema ex lacte chalybeato ſequenteſq; pulveres cibo matutino immiſcendos ordinavi.

℞. *Corallor. rub. Margarit. ppat. Corn. Cerv. an.* ℈. j.

M. f. pul. qui cum tenui panatella ſucco inſtaurante permixta propinetur.

9. Fero-

9. Ferociori modo inſultabat, infirmo noſtro majorem debilitatem afferendo, febr lis malignitas, ut antea, diarrhæâ continuante. Ante cibum matutinum non ſolummodo, verum & ante cœnam, quam nocturno tempore declinante paroxiſmo, inſorbebat, ordinavi ſequentes bolos, potionemq; præſcribebam ſubſequentem pro ordinario potu.

℞. *Pulpæ tamarind.* ℥. iiij. *Corall. rubr r. Cornu. Cerv. ppat. ana* ℈. j. *Marg. ppat.* ℈. s.
m. f. bol. quos ſumat ante cibum matutino tempore.

℞. *Conf. Alkerm. Hiacintin. ana* ℈. j. *Tinct. coral.* ℈. s. *Magiſt. corall. r. rub. gran.* v.
m. f. bol p o cœna.

℞. *Pulpæ tamarind.* ℥. ij. *Corn.*

 Cer.

Cer. crud. raſpat. ℥. s. *Rad. conſolidæ major.* ℥ i s.

coque in ſuff. aq. qte. ad tertiæ partis conſumptionem f. colat. clarif. cui adde.

Gelatinæ de rib. q. ſ. ad gratum ſaporem, & detur pro potu ordinario.

10. Infirmum inveniebam in debiliori ſtatu, quod non mirum, cum accreſcente febre & malignitate, diarrhæa etiam maximè debilitaret: ordinavi clyſterem magis adſtringentem, & ante cibum per aliquot dies ſumendum electuarium.

℞. *Lactis cum rad. conſolid. major. decoct. & chalybeat* ℔. j. *ſacc. rub.* ℥ iiij. *vitell. ov. num.* ij.

f. clyſter qui manè injiciebatur.

℞. *Conſerv. de Corn. Pulpæ tamarindor. ana* ℥ j. *Confect. hiacinth. Alkerm.*

Alkerm. ana ʒ ij. Bol. armen. Terræ ſigillat. Cornu Cerv. ppt. Margarit. pp. ana ℈ j. Rad. Conſolid. maj. Biſtort. Tormentill. ana. ʒ. j. s. Corallor. rub. ʒ. j.

Cum ſyr. de ribes q. ſ. f. Elect. ad uſ. doſis quantitas nucis moſcatæ ante cibum.

11. Matutino tempore mala nova domeſtici Medico afferebant, quoniam infirmus multum transacta nocte deliraverat, copiosè, ut antea dejiciens. Imperabam ut ante cibum electuario jam præſcripto uteretur, ſimulque aſſumeret ſequentes bolos ſudoriferos, quibus ſuperbibet ſequentem juleppum.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℈ iiij. *Lapid. Bezoard. gr.* xx. *Magiſt. Corall. rub.* ℈. s. *Margarit. gr.* vj. *Confect. Alkerm.* ℈ j.

m. f. bol. quos capiat in principio declinationis.

℞. *Seri cap: i... d ſtill.* ℔. j. *Aq. cord. Saxon.* ℥. ij. *Gelatin. de rib. Be. b. r. ana.* ℥. s. *Iulep. gem.* ℥ j.

12. Copiosè ſudando infirmus aliquantulum dormiverat, neque tam frequenter, quamvis copiosè, dejecerat. Pulſum obſervans, urinam, nubeculam demonſtrantem, inſpiciens, incœpi de ſalute infirmi melius ſperare. Ilicò cibum præſcripſi, quem cum, me adſtante, inſorberet, cum licentia, dicens, eructavit; ilicò conſolavi, ſalutem ex (*a*) Hippocrate prognoſticando.

13. Pauca, & craſſiora flava excrementa alvus dejecerat; quapropter ſolum electuarium ante cibum aſſumebat.

14. Multum incœpit ſudare, qui ſudor decimo quinto, & decimo ſexto &c. copiosè profluens, tandem

(a) Sect. 6 Aph. 1.

dem etiam à febre 20. liberavit, quibus diebus nihil à medico niſi enema commune fuit ordinatum. Præſcribens pro 21. electivè purgans medicamentum, valedixi infirmo.

℞. *Flor. caſſ.* ℥ j. *Cremor. tart.* ʒ ij. *Rhabarb. pulv.* ℈ iiij. *Spic. Nard.* ℈ s.
m. f. bol.

1. Obſerv. Diarrhæam in hoc caſu noſtro aliter fuiſſe curatam, quam ubi ſimpliciter putridam febrem concomitatur, quoniam in hoc caſu noſtro ſoli tamarindi tanquam abſtergens, & leniter cauſam diarrhææ evacuans medicamentum, fuerunt infirmo in principio, augmento &c. ordinati, omittentes ſyrupum roſar. aureum, roſar. ſolutivum, quæ tanquam lenitive, rhabarbarum, mirabolana,

bolana, quæ, concoctione in humore febrili exiſtente, tanquam electivè purgantia in diarrhæa, quæ ſimpliciter putridam febrem concomitatur, præſcribuntur. Ratio autem eſt, quia hæc omnia perturbantia medicamenta à febrili malignitate omninò, ut dictum, prohibentur.

2. Obſ. Curationem hujus Diarrhææ maximè peractam eſſe ſudoriferis, quoniam illa humores ad ambitum corporis à ventre revellendo non ſolummodo diarrhææ, ubi cum maligna febre conjungitur, maximè proſunt, verum & ipſa malignitate febrili hæc remedia etiam expoſtulante, ipſi malignæ febri magnum ſunt remedium.

3. Obſ. Ad plenam curationem hujus Diarrhææ multa nos ordinaſ-

ſe

ſe humorem bilioſum inteſtinis adhærentem attemperantia, quæ ſimul inteſtina non ſolummodo corroborabant verum & intemperiem, humorem hunc bilioſum producentem corrigebant: in quibus paucis Medici operationibus tota diarrhææ, ubi cum maligna febre conjungitur, curatio conſiſtit. Nam ſi humorem ex inteſtinis eo, quo dictum, modo, abſtergamus, eundem attemperemus, intemperiem, partes corroborando, corrigamus, humoreſque è venis ad alvum confluentes, revellamus, non invenio in noſtro caſu, quod à Medico adhuc præſtari poſſet ad perfectam hujus diarrhææ curationem.

4. Obſ. Haſce Diarrhæas nunquam eſſe naturæ ſalutares operationes, quod

quod ex eo patet , quod patientem ſolummodo in pejorem ſtatum cum virium dejectione deducant, neque ſint cum facili tolerantia, aut etiam ſequatur conferentia, qualiter ſunt illę, quas in continuis ſimpliciter putridis febribus cum virium robore morbique remiſſione non rarò in praxi obſervamus. Neque refert, quod in principio morbi, alvo ſolummodo primæ regionis excrementa evacuante, non multum videantur debilitare, quoniam notabilis ſequitur debilitas, dum, Diarrhæâ continuante, ſeroſitates vaſorum evacuantur.

5. Obſ. diarrhæam magnum eſſe prohibens ſanguinis miſſionis, ideoque in hac noſtra maligna febre ſanguinem non fuiſſe emiſſum, quia ipſa febrem, in qua tamen Hippocr. ita ſanguinis miſſionem commendat,

conco-

concomitatur. fundatum tamen etiam eſt in ratione, quia cum frequenti alvi dejectione, in qua eſſentia diarrhææ conſiſtit, plurimum vires dejiciantur, ſanguis ſi emittatur, adhuc magis conſequenter infirmus viribus deſtituetur, & ſic tandem non ſuperſunt, quibus poſſit morbum in vigore conſiſtentem perdurare, quod tamen ſemper Medicus menſurare debet, alioquin actum eſt de vita infirmi. Igitur omni morbi tempore, quo diarrhæa adeſt à ſanguinis miſſione abſtinemus. Sed an etiam abſtinendum, ubi in fine principii, vel principio augmenti, continuante febre, diarrhæa ceſſaverit? Dicit Galenus continuante febre, non amplius præſente diarrhæâ, ſanguinem mitti poſſe. Quod ego ita diſtinguo: ſi intenſa febris, quæ cum magno infirmi periculo movetur,

poſt

poſt ceſſatam diarrhæam perſiſtat, ſanguis eſt è ſalvatella ratione febris emittendus ; ſi vero minor febris, ceſſato alvi fluxu, infirmum affligat, à ſanguinis miſſione abſtinere poterimus, ea ſolummodo præſcribentes quæ ab humore morbi in augmento conſiſtentis indicantur.

6. Obſ. Inter omnia adſtringentia, quæ patienti noſtro ordinavimus primum locum obtinere à me ordinatum electuarium, quoniam hoc ultra quod adſtringit, continuum ſudorem provocando, maxime à ventre confluentes humores revellit, eoſque incraſſat non ſolummodo, verum & extinguit eorum inteſtinis inimicam malignitatem.

CAPVT TERTIVM.

NObilis Venetus, annum agens quadrageſimum incirca, vir valdè corpulentus cum rubicunda facie eodem hoc menſe Aprilis cum maxima ventriculi anxietate evomebat humorem viridem ſapore amariſſimum, ipſi capite ſummopere cum totius corporis laſſitudine dolente: oculos habebat aquoſos, lachrimæq; ſua ſponte profluebant. Pomeridiano tempore cum magno rigore, & frigore ipſi extraneus calor ſupervenerat. Ego tempore veſpertino nobiliſſimum dominum inviſitans, magnumque obſervans in pulſu languorem, cutem volui inſpicere, in qua maculas quam plurimas rubeas, illis quæ à morſu pulicum incute relinquuntur, ſimiles, adſtan-

adſtantibus demonſtravi. Quæ omnia cum domeſticis obſervans, judicavi nobiliſſimum virum, ſanguineum omnino temperamento, continua bilioſa febre maligna petechiali & à vomitu concomitata laborare, quæ non eſt (a) niſi continuus calor à putredine & malignitate humoris bilioſi in venis propter obſtructiones reſultans, cum maculis in cute, morſibus pulicum ſimilibus, & frequenti humoris bilioſi per os ejectione infirmum affligens. In hoc duplice naturæ motu, uno quo irritata, porraceam bilem per os evacuat, altero quo ſubtiliorem malignum humorem ad cutem propellit, incœpi primo conſiderare utrum cum conferentiâ & tolerantia, utrum vero ſine hiſce natura operaretur. Sed cum per (b) vomitum eji-

cere-

(a) Eſſentia, & cauſa morbi. (b) Indicat. à cauſa ſymptomatis.

ceret cum ſumma infirmi anxietate, judicavi antè omnia hunc eſſe cohibendum, pravam bilem ad partes inferiores revellendo eamque abſtergendo, intemperiemque pravam ventriculi, hunc humorem aggenerantem, corrigendo. Deinde eſſe (a) ſuccurrendum naturæ ad cutem propellenti, quod fiet ſi malignus febris humor ad cutem attrahatur, ſi ad cutem ſudore propellatur, ſi attemperetur in malignitate & putredine vaſorum obſtructiones aperientibus, vireſque infirmi (quia corroboratæ fortius expellunt) corroborentur. Quæ indicationes ſufficiunt ut naturæ, malignos morbi humores cum conferentia ad ambitum expellenti, ſuccurramus. Reſtat ut adjungamus eundem morbi humorem in putredine jam concoctum, ſupe-

(a) indicat. à motu naturæ ad ambit, corpor.

ſuperata malignitate, in declinatione morbi eſſe expurgandum, quoniam quod humor malignus à corde ſit revellendus &c. ſuperfluè hic adjungitur, cum, quæ à febre, viribus, materia maligna febrili &c. indicationes deſumuntur, ex primo capite nimis-quam manifeſtæ evadant, & in jam dictis (*a*) indicationibus, à naturæ operationibus deſumptis, ut plurimum includantur. domeſticis magno hujus morbi periculo indicato, prima hac viſitatione pro quarta hora noctis, tum aliquantulum paroxiſmo declinante, ordinavi (*b*) clyſterem, cremorem deinde hordei pro cœna, decoctumque tamarindorum pro ordinario potu.

℞. *Flor. Caſſ.* ℥.j. *Diacatholicon.* ℥ ſ.

Mel.

(a) Progno. (b) Remedia.

Mell. viol. ſolut. ℥. iiij.

in brodio carnis cum emoll. herb. decocto q. ſ. diſſolv. & f. clyſter.

2. Die, quamvis à clyſtere patiens copiosè primo die dejeciſſet, nihilominus tamen vomitus cum magna perturbatione continuabat, mihique, ut inſpicerem, ſcutellam afferebant, viridi humore plenam, quem diverſis vicibus evomuerat. Propinabam ad materiæ bilioſæ in primis viis abſterſionem pulpam tamarindorum ad ſex dragmas, quam hoc matutino tempore antè tenuem panatellam aſſumebat, clyſteremque ſubſequentem, qui ilicò injiciebatur, præſcribebam.

℞. *Cremor.*

℞. *Cremor. hord.* ℔. j. *Diſſol. flor. Caſſ.* ℥. i. s. *Saccari rub.* ℥. iij. *Ol. Viol.* ℥. iiij.

m. f. clyſter.

3. O quantam humoris amariſſimi viridiſque coloris copiam diverſis vicibus evomuit! corpore excrementa à tamarindis tincta nihilominus evacuante. Iterum enema revellens hoc matutino tempore injiciebatur, &, febre veſpertino tempore paroxiſante, ebibebat ſequentem julepppum.

℞. *Decoct. emoll. & refrig. pro clyſt.* ℔. j. *Diſſol. Caſſ.* ℥. j. *Diacath.* ℥. s. *Mel. viol. ſolut.* ℥. iij. *Ol. Viol.* ℥. iiij.

f. clyſter.

℞. *Aq. acetoſ.* ℔. j. *Syrup. granator.* ℥: ij. *Magiſt. corall. rub.* ℈.

m. f. julep.

4. Co

4. Corpus bené à miſſo clyſtere dejecerat, mihique infirmus cum minori anxietate referebat quod vomitus ut plurimum ceſſaſſet, permanente tamen in ore magna amaritudine. Pro matutino tempore placentulam, & pro veſpertino, exacerbante febre, ſequentem juleppum offerebam.

℞. *Pulpa tamarindor.* ℥. j. *Magiſt. corall. rub.* ℈. j. *Spic. Nard* ℈. s.
m. f. placentula.

℞. *Seri diſtillat. caprin. Aqu. acetoſ an.* ℔. s. *Gelat. de berb. ribes. an.* ℥. j.
m. f. julep.

5. Famulus hilari vultu medicum ad lectum infirmi adducebat, qui bona nova exclamat excellentiſſime domine, tota ferè hac nocte, laus omnipotenti Deo, benè dormivi, nihilquè á decem horis, etiam cum bi-

berem (quia tum magis vomitus ſu-perveniebat) evomui, ſentiens me ab anguſtiis circa ventriculum omnino liberatum. Oculos hilariores nobiliſsimi infirmi & quietudinem ejusdem cum meliori reſpiratione obſervans, melius incœpi de ſalute ejusdem ſperare, & quamvis, dum pulſum tangebam, ex celeritate, frequentia ejusdemque debilitate, magnus mihi morbus adhuc indicaretur, patientem tamen volui conſolari, dicens nos morbi ſuperaſſe ſymptoma, naturamque ut nunc, in quantum pete-chiales maculas ad ambitum propelli lit, cum ſalute infirmi operari. Quam naturæ expulſionem cum intenſ maligna febre perſiſtentem volui ho matutino tempore, ſex cucurbitu las ſcarificatas, dorſo natibusque ap-plicando, adiuvare, poſt quarum ap-plicationem veſpertino tempore pe

totum

totum corpus longè plures maculæ cum notabili febrilis malignitatis remiſsione apparuerunt. Quia multum hoc veſpertino tempore, exacerbante febre, ſitiebat, ilicò propinabam ſequentem juleppum.

℞. *Aq. acetoſ. Endiv. ana.* ℥. iij. *seri diſtillat.* ℔. S. *Acididat. cit. Syr. de Limon. Iulep. de gem. ana.* ℥. S. *Spirit. vitriol. gutt.* vj. *m. f. julep.*

6. Cum corpus nihil evacuaſſet, enema ſequens injiciebatur, totoque die tenui cibo, brodioque herbis acetoſa, endivia, boragine, radiceque ſcorzon. alterato in paroxiſmo vivebat.

℞. *Cremor. hord.* ℔. j. *Ol. viol.* ℥. iiij. *Saccar. rub.* ℥. iij. *m. f. clyſter.*

7. Tempore veſpertino naturæ malignitatem per ſudorem expel-

 lenti

lenti auxilium attulimus, ſequens ordinando ſudoriferum, cui ſuperbibet ſequentem juleppum.

℞. *Confect. AlKerm. hiacinthin. ana* ℥. s. *Lapid. Bezoard. grana* XX. *Margarit. ppat.* ℈. S.

m. f. Bol. quos capiat exacerbante febre.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. j. *Acid. Cit. Syr. de limonib. an.* ℥. S. *Spirit. vitriol. gut.* X.

m. f. julep.

8. Et nono, poſtquam ſeptimo copioſè ſudaſſet, à mitiori morbo æger affligebatur, quibus diebus nihil præter tenuem victum margaritis permixtum & ſequentem clyſterem, die ſcilicet nono, ordinavimus.

℞. *Lact. com.* ℔. j. *Diſſol. Saccari rub.* ℥. iij. *Ol. Viol.* ℥. iiij.

m. f. clyſter.

10. Novo impetu morbus nobili

noſtro

noſtro infirmo inſultabat, eundem majori in pulſu debilitate, frequentia,& celeritate cum notabili corporis inquietudine,aridiori lingua, frequentiorique reſpiratione affligendo. Malignitatem ad cor proſerpere, humoresque pravos bilioſos in prima corporis regione aggeneratos judicans,ordinavimus matutino tempore enema placentulamque abſtergentem,veſpertino vero,paroxiſante febre,ſudoriferum propinavimus.

℞. *Cremorem hord.* ℔. j. *Saccari rub.* ℥. iiij. *Ol. viol.* ℥. iiij.
m. f. clyſter.

℞. *Pulp. tamarind.* ʒ. V. *Marg. ppt.* ℈. S.
m. f. placentula.

℞. *Aq. cord. Saxon. Tot. cit. an.* ℥ iij. *Aciditat. citr.* ʒ j. *Iulep. de gem.* ℥ S. *Lapid. Bezoard. gr.* XX.

m. f. Sudoriferum, poſt quod ebibat.

℞. *Seri caprin. deſtillat.* ℔. j.

11. Infirmus, copiosè ſudans, referebat quod à clyſtere honeſtè etiam dejeciſſet. Pulſum nos indagantes, linguam urinamque inſpicientes &c. obſervavimus morbum mitiori modo infirmum iterum affligere, quapropter eidem ſolummodo cibum tenuiorem & inſtaurantem magaritisque alteratum toto hoc die, uti etiam duodecimo (quo tamen enema refrigerans & emolliens inijciebatur) ordinavimus. Dico ordinavimus, quia nunc plures medici concurrebant.

13. Alvus ſua ſponte expurgaverat: craſſiora flava excrementa totumque corpus in aquis, magis tamen decimo quarto, natans, nobiliſsimus dominus, divina auxiliante miſericordia, ſanitatem eſt adeptus, cui ſolus tum invi-

inviſitans, decimo ſexto ſequens ordinavi electivè bilioſum humorem purgans medicamentum, & valedixi.

℞. *Flor. caſſ.* ℥. j. *Elect. de ſucco roſar.* ʒ. ij. *Cremor. tart.* ʒ. ij. S. *m. f. Placentula.*

1. *Obſ.* Sanguinem nos non emiſiſſe in hoc caſu noſtro, vomitu præsẽte; quoniam quod poteſt in ſanguinem mittendo prohibere diarrhæa, idem & valet ipſe vomitus, vires infirmi æquè ac diarrhæa imò magis dejiciens,

2. *Obſ.* Ceſſato vomitu, cucurbitulis ſcarificatis ſanguinem nos extraxiſſe, idque ut naturæ malignitatem cum conferentia expellenti non ſolummodo ſuccuramus, verum ut eadem iſta via maximam partem humoris febrilis, in quo conſiſtit primaria malignæ febris indicatio, evacuemus. Ob quem finem magnus

Sennertus aliique doctiſsimi medici audent venam brachii etiam petechialibus maculis apparentibus in ſanguineis & plethoricis corporibus, uti in caſu noſtro, aperire, dicentes à majori materiæ morbificæ copia natura per ſectionem venæ deonerata, melius quod reſtat poſt venæ ſectionem è venis ad ambitum corporis propellere. Sed me excuſet magnus ille vir, quoniam non ſolummodo eſt malum in temperamentis melancholicis & bilioſis ubi ſanguis non abundat, apparentibus peticulis venam aperire, verum & in ſanguinolentis & plethoricis corporibus non niſi lethale remedium poteſt, ubi maculæ apparuerint, applicari. Et ratio eſt quia per venam ſectam, ſanguine è mediis venis grandioribus evacuato, malignus humor in remotiores à corde venas à natura expulſus,

ſus, ilicò iſtas medias venas ingreditur eò à venæ ſectione attractus & naturali motu ad cor ut vitales ſpiritus tamquam pabulum abſumat, proſerpens: quod non fit niſi cum evidentiſsimo infirmi detrimento, uti ad oculum patet. Quot enim non videmus miſeros patientes à venæ ſectione ſubitò mori? Ipſum indoctum vulgus obſervavit venam in iſtis caſibus aperire eſſe lethale, in medicum enim, ſi venam aperiat, & infirmus moriatur, exclamat, dicitque quod medicus infirmum interfecerit, quia ita longa obſervatione, multorumque conſanguineorum morte fortaſſis edoctum; ſed quæ per venæ ſectionem ſanguinis quantitas evacuatur, nonnè & cucurbitulis ſcarificatis evacuari poterit? dicunt non tam celeri modo cucurbitulis quam ſectione venæ evacuari, hic autem eſſe

celeriter movendum. Sed non convincit, quoniam nulla præſente interna inflammatione non eſt ita feſtinandum. Audite quid doctiſsimus Celſus de cucurbitulis ſentiat: *ut ex eis minus vehemens eſt auxilium, ſic certè eſt magis tutum, nec unquam eſt periculoſum, etiamſi adhibeantur, ideoque ubi ſanguinem mittere opus eſt, periculumque à vena ſecta immineat, huc potius ſemper confugite.*

3. *Obſ.* Haſce petechiales maculas nunquam à natura, niſi cum conferentia infirmi expelli, motumque hunc naturæ ſemper eſſe ex parte ſalutarem nocivum humorem eo modo quo debet expellentis; quapropter eandem in hac operatione eſſe adjuvandam, uti in indicationibus rectè docuimus. Undè non eſt malum ſi multæ petechiales maculæ in principio morbi appareant, quia

hoc

hoc robur naturæ expellentis indicat, quod bonum, niſi multæ apparerent cum graviori morbo, quod copiam adhuc earumdem in interioribus venis, debilitatemque naturæ in reliquas expellendo indicaret, & ideo natura in iſto caſu etiam adjuvanda, quia quo plura virulenta ſemina cucurbitulis extrahuntur, eo ſemper mitior infallibiliter febris patientem affliget.

4. *Obſ.* Haſce petechiales maculas rubei coloris temperamentis ſanguineis, temperatis bilioſisque eſſe connaturales; in atrabiliariis vero naturis violacei ſeu purpurei coloris ordinariè apparere. Quod intelligendum, ſi ex ordinaria malignitate proveniant, quoniam ſi ab intenſiori malignitate purpurei coloris appareant, qualecumq; corpus lethaliter, cujuscumq; ſit temperamenti, affligunt.

5. *Obſ.* Nos ſanguinem infirmo noſtro miſiſſe morbo exiſtente in principio augmenti contra Hippoc. mandatum *move in principio*, quod tamen ita erat neceſſarium, vomitu miſſionem ſanguinis prohibente, febrem per totum principium concomitante.

6. *Obſ.* Nos per totum noſtrum opus non proponere niſi infirmos à morbo convaleſcentes idque ut lectori totius morbi curatio innoteſcat: quoniam quod multi ex infirmis noſtris à maligna febre etiam perierint, non mirum, cum, morbo pleno periculo exiſtentè, ſoleat quam plurimos jugulare.

CAPVT QVARTVM.

MErcator Germanus, conſtitutione mediocriter carnoſus, tinctus ali-

aliquantulum in clariſſima, & alba facie rubeo colore, me hoc anni tempore advocavit; quem cum invenirem difficillimè, & cum ſtertore reſpirantem copioſoque catarrho quaſi ſuffocatum, ilicò pulſum examinavi, in quo cum tremores, & debilitatem, febri malignæ propriam, obſervarem, febrisque continuo, pomeridiano tempore magis affligendo, moveretur, judicavi ampliſſimum virum temperati temperamenti duplice hac maligna tertiana febre à catarrho ſuffocativo concomitata, laborare. De cujus febris eſſentia (*a*) nihil omninò amplius afferemus, cum jam conſtet ex antedictis: ſolummodo definio catarrhum ſuffocativum hic non eſſe aliud (*b*) quam ſubitaneam, celeremque humoris pituitoſi in thoracem deſtillationem, cele-

(a) Eſſentia & cauſa morbi, (b) Eſſentia, & cauſa ſympto.

celeremque humoris pituitoſi in thoracem deſtillationem, difficultatem quam maximam in reſpirando cum ſtertore, & periculo infirmum ſuffocandi inducentém. Quapropter ilico evacuare hoc eſt expurgare oportet catarrhoſum è pectore humorem, eumque, qui ad thoracem affluit, revellere, quod præſtántes, ſimul & malignæ febris *(a)* indicationibus inſervire debemus. Quæ ex aliis capitibus deſumenda.

(b) Fluxus hujus catharri eſt periculoſſimus, multosq; per ſe ſubito jugulat: quantum propterea infirmo noſtro vitæ periculum immineat, qui & morbo per ſe periculoſo & ſimul hoc ſymptomate laborat, unicuique etiam non Medico eſt manifeſtum. Ita curam in hiſce periculoſis affectibus ſum aggreſſus, præſcribens ilico hoc

(a) Iudicat. (b) Progno.

hoc matutino tempore non ſolummodo (*c*) clyſterem primas vias mundificantem, & ſimul revellentem, verum & expurgans è pectore præfocantem catarrhum medicamentum, decoctumque pectorale quod pro potu ordinario inſerviebat.

℞. *Brodii carnis q. ſ. diſſol. diacathol.* ℥. j. s. *Mell. viol. ſol.* ℥ iiij. *Turbit b. Agar. opt. pul. an.* ʒ j. *m. f. clyſter.*

℞. *Ol. amigd. dulc. recenter expreſſ.* ℥ vj, *Sacari perlat:* ʒ ij. *m. f. pot.*

℞. *Hordei german.* ℥ iij. *Iuiub. Ficuum. Paſſular. an* ℥ j. *Liquir.* ℈ s *Flor. viol. pug.* ii

Coque in ſuff. aq. quantitat. ad tertiæ partis conſumptionem, colatura clarificata ſervetur pro potu ordinario cui adde julep. gemmat. ℥ *j.*

Veſper-

(c) Remed.

Veſpertino tempore, cum redirẽ, infirmus à clyſtere, oleoque amigdalarum dulcium copioſè dejecerat, perſeverante tamen, cum ſtertore, læſa reſpiratione. Quapropter enema hoc veſpertino tempore replicabam, ſolumque hordei cremorem pro cibo offerebam.

2. Patiens adhuc ſedebat in lecto erectus, multum tamen à replicato clyſtere dejecerat, incipiebatque etuſsire nõ ſine notabili ſublevatione. Repetebam oleum amigdalarum dulcium recenter expreſſum ut antea, brodiumque

Boragine
Malva
Violis
Radiceq; Althaa

Decoctum cremoreque hordei permixtum pro prandio hoc matutino tempore offerebam.

3. Con-

3. Continuante cum frequentiori tuſſi difficillima iſta iterum reſpiratione, ſequens ordinavi decoctum pectorale ſolutivum.

℞. *Hordei mundificat*. ℥ iij.
Rad. liquirit. ℥ j.
Tuſſilagin. ℥ S.
Flor. Borag.
Viol.
Malvæ.
Bugloſſ.
Papav. errat. ana pug. j.
Dactylor. à pelle mund.
Jujub. an. ℥ S.
Paſſul. mund. ℥ j.
Coque in ſuff. aq. quantit. usque ad tertiæ partis conſumptionem. In fine decoct. adde agar. optim. ℈. iij. *f. colatura, de qua.*
℞. ℥ viij. *in quibus diſſolvæ Mannæ lect.* ℥ iiij

Fiat-

Fiatque potio, albumine ovi clarificata pro duabus doſibus, quarum unam doſim ſumpſit hodierna die, aliam vero quarto, multumque ab hac decoctione cum infirmus etuſſiret & expurgaret.

5. Inveni ſublevatum minori cum difficultate minorique ſtertore reſpirantem, quo die pro cibo brodium iam dictis herbis alteratum & cremori hordei vitelloque ovi permiſtum, emulſionemque, veſpertino tempore cum iuleppo catarrhum maturante offerebam.

℞. *Sem. 4. frig. major. ana ℥ ij.*
Amigd. dulc. ℥ ij. Papav. alb. ℈ iij.
Contunde, & cum aq. violar. q. ſ. m. fiatque emulſio, cui adde manus Chriſt. perlat. q. ſ. ad gratam dulc.

℞. *Iulep. violar. ℥ ij. Syr. boragin. Papaver. errat. ana. ℥ j. Aq. boragin.*

gin. ℥ *iij. Margarit. præparat.* ʒ *s. m. f. julep.*

6. In lecto infirmus commodè decumbebat ut plurimum, ſed non ex toto à ſuffocante catarrho liberatus, permanente tamen cum aliquo ſibilo reſpiratione. Iterum oleum amigdalarum dulcium ad 4. uncias hoc matutino tempore, emulſionemq; ſubſequentem pro nocturno poſt tenuem cœnam propinavi.

℞. *Sem. melonum.* ℥ *ij. Papav. alb.* ʒ *ij. Amigd. dulc.* ℥. *j. s.*

Contunde, & cum aq. boragin. q. ſ. f. emulſio, cui adde Marg. præpat. ℈ *j. Manus Chriſt. perlat. q. ſ. ad gratam dulcedinem.*

7. Libera erat ſed tamen frequens nfirmi reſpiratio, craſſumque & maturatum catarrhum cum facilitate euſſiebat. Pulſum tangens, maum obſervavi tremulam, pulſumq; cele-

celerem & valde, cum debilitate, frequentem. Toto hoc die infirmus diætá inſtaurantibus ſuccis margaritisque alteratà vixit.

8. Quia corpus nihil dejecerat, enema matutino tempore, & febre cum malignitate tempus augmenti percurrente tuſſique aliquantulum continuante, ordinavi ut nocturno tempore duas horas ante tenuem cœnam ebiberet ſequentem julep-pum.

℞. *Lact.* ℔. j. *Diſſolv. Saccar. rub.* ℥. iiij *Ol. viol.* ℥. v.

f. Clyſter.

℞. *Aq. Boragin. Violar. Flor. pa[illegible] pav. errat. ana.* ℥ ij. *Iulep. Viol.* ℥ ij. *Margarit. præpar.* ℈. S. *Iulep. gemm.* ℥. S.

m. f. julep.

9. Corpus à communi clyſtere bene expurgaverat, ſed parum cum

tranſ

tranſacta nocte infirmus dormiviſſet, ordinabam emulſionem ſomniferam ſubſequentem.

℞. *Sem. melon.* ℥. j. S. *Amig dulc.* ℥. ij. *Papav. alb.* ℥. S.

Contundo, & cum aq. boragin. q. ſ. f. emulſio, quæ manib. Chriſt. q. ſ. dulcoretur.

10. Urinam inſpicientes, parvam obſervavimus nubeculam, pulſuum tremore infirmique debilitate continuante, quod non mirum cum morbus finem augmenti percurreret. Ordinavimus eidem corroborantia alexipharmaca & ſubſequentia putredini reſiſtentia remedia.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinthin. ana.* ʒ. S. *Marg. præpat.* ℈. S.

Cum julep. de gemm. parum.

& f. bol. quem aſſumebat ante cibum hoc mane.

℞. *Aq. boragin. Violar. Cord. Sax.*

Seri

Seri deſtill. cap. ana. ℥. *ij. Iulep. violar.* ℥. *ij. De gemm.* ℥. s.

m. f. Iulep.

11. Natura copioſa flava excrementa expurgaverat, nihilque hodie præter cibum, inſtaurante ſucco permixtum, diverſumque potum infirmo, decoctum pectorale reſpuenti, præſcribebam.

℞. *Aq. boragin. Violar. hord. ana.* ℔. *j. julep. violar.* ℥ *iij.*

m. f. Iulep. pro potu ordinario.

12. Infirmus aliquantulum deliraverat majorque ſuperveniebat in pulſu debilitas, quæ mala ſigna domeſtici obſervantes, incipiebant multi de morte infirmi timere. Sic eſt vulgaris populus qui delirium magis quam cætera lethalia malignæ febris ſigna timet, ordinavi ſequens enema & poſt cœnam ebibebat jam dictam emulſionem.

℞ *Br*

℞. Brodij carnis q.ſ. Diſſol. diacathol. ℥. s. Flor. Caſſ. ℥. j. Mell. Viol. ſolut. ℥. iiij. f. clyster, qui hoc manè iam iam inijciatur.

13. Mente iterum conſtabat infirmus, cibumque melius aſſumebat: quod cum bonum ſit, ut ait (*a*) Hippoc. ſignum, admonebam domeſticos non ita ilico debere perturbari, quoniam, etiamſi omne, etiam minimum delirium ſit timendum, perſeverans tamē magis eſſe periculoſum illudq; (*b*) mortem infirmi ſæpè prognoſticare. Ordinavi hoc morbi tempore, tremore manuum cum debilitate, & conſequenter malignitate continuante.

℞. Conf. Alkerm. Hiacinthin. an. ℈j. Marg. ppat. Lapid. bezoard. an. gran. X. *Iulep. de gem.* ℥ s. *m. f.*

(a) Sectio j. ap. aph. 33. (b) Hip ſec. 4. ap. 50.

m. f. bol. quem hoc manè ilico aſſumat.

14. Miſer infirmus iterum in lecto erectus ſedebat, difficillimè, & cum magno ſtertore reſpirans. Pulſum examinans, intenſiorem febrem infirmum affligere obſervavi, quæ quamvis ab eodem eſſentialiter non cauſetur, nihilominus tamen, uti ad oculum patet; conſervatur, & augmentatur. Iterum coactus è pectore evacuare, propinavi.

℞. *Ol. amigd. dul. recent. expr.* ℥. vj. *Man. Chriſt. perlat.* ʒ iij. *m. f. pot.*

A quo cum corpus multum evacuaret, iterum veſpertino tempore liberius reſpiravit.

15. & 16. Morbo in ſtatu conſiſtente, & cum copioſo catarrho adhuc infirmum affligente, ordinavimus ſequentia.

℞. *Cre*

℞. *Cremor. hord. germ. q. v. Manus Chriſt. perlat. q. ſ. Ad gratam dulcedinem detur pro potu ordinario.*

℞. *Conf. alkerm. Hiacint. an.* ℈ j. *Marg. præpat.* ℈ s. *Magiſt. perl. gr.* iiij. *Iulep. de gemm.* ℥ s.

m. f. bol. quos capiat manè hora ante cibum.

17. Incepit parum ſudare, & à copioſi catarrhi per tuſſim ejectione facilius reſpirabat. Quia tamen corpus nihil expurgaverat, clyſter communis à me fuit præſcriptus, à quo cum multum matutino tempore dejeciſſet, veſpertino nihil præter cibum ſucco aſſati caponis permixtum ordinavi.

℞. *Cremoris hordei* ℔. j. *Saccari rub.* ℥. iiij. *Butur. recent.* ℥ iij.

m. f. clyſt.

18. 19. 20. Multum ſudans, tan-

dem ceſſarunt manuum tremores, pulſuum debilitates, aliaque malignitatis ſigna, perſeverante per paucos dies febre ſola putredine peccante, quæ more ſimpliciter putridarũ tum fuit à me curata pro purgantibus præſcribens ſyrup. roſarum aureum, roſarum ſolutivum, rhabarbari cum manna infuſionem &c.

1. *Obſ.* Catarrhum ſuffocativum non minus ſanguinis miſſionem prohibere, quam diarrhæa & vomitus. Ratio ex jam dictis nimis eſt quam manifeſta.

2. *Obſ.* Hunc catarrhum cum ſtertore lædentem reſpirationem non ſolummodo eſſe magnum in ſanguinis miſſione prohibens, verum & indicans validiſſimum purgantis medicamenti, atque plus poſſe in indicando quam malignitas febris in hæc prohibendo, nulliq; febris, tempori,

prin-

principio ſcilicet, augmento, vel vigori parcere, ſed omni tempore malignæ febris quo hic catarrhus urget, indicationi, quæ à catarrho deſumitur, eſt obediendum. Magis enim urgenti ſeſe debet (quod hic eſt catarrhus) Medicus opponere, ut ait Hipp. quo fundati nos ampliſſimo noſtro infirmo decocta pectoralia ſolutiva, oleumq; amigdalarum dulcium &c. Quæ à malignitate tamen febris prohibentur, cum ſalute ejusdem propinavimus. Obſervate bene tanti momenti indicationem, quia niſi citò purgantibus ſuccurratis, actum eſt de vita infirmi, quoniam hic catarrhus citiſſimè jugulat.

3 *Obſ.* In hiſce caſibus nos eligere debere ea purgantia pectoralia quæ non multum ſunt agitantia, ne malignus humor in venis ad interiora revocetur. Qalia ſunt illa, quæ nos

infirmo noſtro propinavimus, interquæ oleum amigdalarum dulcium primum locum tamquam ſimplex medicamentum jure merito obtinebit.

4. *Obſ.* Nos humorem iſtum catarrhoſum non ſolummodo è thorace purgantia, & ſputum facilitantia evacuaſſe, verum & affluentem retraxiſſe, ut patet in curatione ex remediis ordinatis.

5. *Obſ.* Collectionem hujus catarrhi in thorace benè eſſe ab apoſtemate in hoc ventre diſtinguendum, quoniam alia remedia remedia inflammatio, alia vero hujus catarrhi congregatio expoſtulat. Hoc paucis notare volui, quia multi ſunt medici qui, ſi infirmus ab hoc præfocante catarrho, cum maligna febre conjuncto, moriatur, eumdem mortuum dicunt ab apoſtemate, adeo ut apoſtem

ſtema quaſi videatur ultimum medicorum refugium.

6. *Obſ.* Nos multa ordinaſſe expectorantia quæ ſimul malignitati febrili urgenti maximè reſiſtebant, ut patet conſideranti, & ſic iisdem medicamentis pluribus indicationibus ſatisfecimus.

7. *Obſ.* Quam frequens ſit hæc maligna febris à præfocante catarrho concomitata, opus non eſt ut practicis medicis indicem, quoniam hi propriis oculis indies intuentur: ſed quod ſæpè etiam diarrhæa ſimul cum catarrho eidem malignæ febri ſuperveniat, hic eſt diligenter obſervandum, quoniã hoc in caſu, ſyr. roſ. aureus, ſolutivus &c. loco olei amigdalarum dulcium, decocti pectoralis ſolutivi &c. propinari poſſent, cum magis diarrhææ propter adſtringentem

 facul-

facultatem conveniant, ſed de his alibi.

8. *Obſ.* Catarrhum hunc ſuffocativum, quamvis nulli parcat in maligna febre temperamento, tamen pitutoſis corporibꝰ magis eſſe ideoq; ſenioribus, proprium. Magis autem (*a*) hyemali, & autumnali tempore affligit, quamvis aliquando tamquam endemicus morbus quocumque anni tempore quam plurimos ſimul affligat.

CAPVT QVINTVM.

CAlcearius annorum triginta, vir macilentus, & pallidus in facie, triſtisque viſione cum nigris oculis, dolore acutiſſimo ab umbilico verſus inguina vagante, & inteſtina quaſi, ut infirmus loquebatur,

(a) Sectio 3. Aph. 23.

tur, perforante, correptus, me menſe maij advocavit, imploravitque ut huic intolerabili dolori ilicò auxiliũ afferrẽ. Sed ego cum frontem ſudario circumcinctam obſervarem, meque præſente, infirmus potum deſideraret, incœpi eundem de capitis dolore, ſiti, calore externo, frigore &c. interrogare: quæ omnia febris ſigna non ſolummodo, verum & ipſius acutæ, ut inquietudo, pulſus debilitas &c. aderant. quæ per biduum more tertianarum, pomeridiano tempore exacerbando cum magna ſiti affligebat. Ad quam exſtinguendam cum magnam aquæ, ut dicebat, acetoſæ quantitatem bibiſſet, ipſi hic intolerabilis dolor ab umbilico inteſtina verſus inguina cum hypochondrij tenſione vagans, ſupervenerat. Ita ut hæc omnia attentè conſiderans, judicare ſim

coactus noſtrum temperamenti melancholici infirmum duplice hac (*a*) continua tertiana maligna febre à dolore colico concomitata laborare. Utrum autem hic dolor per inteſtina vagans ab eadem materia cum proveniat, poſſemus hic dubitare, niſi ructus, qui non erant nidoroſi, crepitusque ventris, ſubitum levamen adferentes, eundem à ſolo flatu ex aqua & crudo humore, calore elevato, indicarent unde hic habentes cauſam ſymptomatis indicantem quæ à febre, malignitate & putredine prohibentur, quid agendum? magis urgens primo medicus oppugnare debet, quapropter crudi humores ilico ex hypochondriis evacuandi, flatus diſſipandi, partes quæ affectæ, inteſtina ſcilicet, corroborandæ, quibus peractis, (*b*) indicationibus quæ à febre:

(a) Eſſent. & cauſa morbi & ſymptom. (b) Indicat.

bre cauſaque febrili deſumuntur eſt ſatisfaciendum. (*c*) Quam tamen periculoſus ſit hic affectus á dolore hoc colico vires infirmi proſternente, remediaque magis generoſa, quæ in hujus morbi principio adhibenda, prohibente, concomitatus, volui primum domeſticis indicare antequam curam hujus periculoſi affectus ſim aggreſſus, quoniam hoc colico dolore perſeverante magnum periculum vitæ infirmo & cito imminere omnibus medicis nimis eſt quam manifeſtum.

1. Hac viſitatione (*d*) clyſterem ex ſolo brodio cum Camomilla decocto in quo.

Diacatholicon ad ℥ j. *Mell. ros. ſol. ad* ℥ iij. *Elect. diacartham. ad* ℥ s *Oleumque camomelin. ad* ℥ iiij.

Diſſoluta erant, infirmo ordinavi,

 eidem-

(c) Prognoſt. (d) Remed.

eidemque quamvis ſitiret, imperavi ut à potu abſtineret. Veſpertino tempore, dolore poſt copioſam â clyſtere cum multis flatibus dejectionẽ, perſeverante, iterum enema evacuans carminativum, brodiumque ſemine citri alteratum vitelloque ovi permixtum, pro cæna præſcripſi.

℞. *Herb. camomill. Fæniculi, Anethi, Pulegij ana m. s. Rad. Zedoariæ Baccæ juniper. ana* ℥. s. *Sem. carvi. Cumini. Ameos. an.* ʒ iij. *Coque, & colaturæ.*

℞. ℔. j. *In qua diſſolve Electuar. de baccis lauri diacartham an* ℥. s. *Caſtorei* ℥. s. *Ol. rut. Camomelin.* ℥. ij. *f. Clyſter.*

A quo enemate per ructum & crepitum à copioſo flatu cum honeſta dejectione, dolorisque remiſſione liberatus, in ſomnum duarum circiter horarum incidit, poſt quem tamen, dolo-

dolores per totam noctem recrudeſcentes, matutino tempore dum redirem, inveni propter intolerabiles dolores quaſi non ſolummodo deſperatum, verum & de animi deliquio propter virium dejectionē valdè timentem, ordinavi modicum vini cretici ſpiritu cinnamomi, oleoque nucis moſcatæ deſtillato an. ad gut. j. permixtum, pillulamque ex confectione *Alkermes.* ℈ j. s. *Caſtorei gran.* X. Offerebam, ſimul præſcribens ſequens decoctum, ventri cum mappulis calefactis poſt ſequens linimentum applicandum.

℞. *Ol. Camomelin, Rutæ. Caſtorei. Iuniperin. an.* ℥ s.
m. f. Linimentum.

℞. *Herb. Camomil. Rutæ. Abſinth. an pug.* j. *Calami aromati: Nucis moſcatæ. Cinnamomi an.* ʒ s. *Flaved. cort. auran.* ℥ ij. *Bac. junip.* ℥ j.

In ſuff. vini malvatici qnte. coque, & decoctio detur, ut dixi ad uſum.

In quantum ad cibum, hoc matutino tempore, ſolo brodio carnis ſucco inſtaurante aſſati caponis ſpirituque uno cinnamomi permixto, vivebat, donec redirem pomeridiano tempore quo magni iſti cruciatus, laus Deo, remiſerant. Diætam inſtaurantem ſed craſſiorem ordinabam, brodiumque pulli pro ordinario potu imperabam.

3. Liberatus à colico dolore, cum à me interrogatus, vellet reſpondere, ſingultum, quem à reſtante flatulento humore dependere judicabam, obſervavi, ordinabam ut in applicando ventri linimentum decoctumque ordinatum continuarent, ſimulque injicerent hoc ſequens enema.

℞. Bro-

℞. *Brodij carnis q. ſ. Diſſolv. diaph.* ℥ s. *Diacathol* ℥ j. *Elect. de baccis laur.* ʒ. iij. *m. f. clyſter.*

4. Perſeverante ſingultu & creſcente cum malignitate febre brodiũ pulli radice ſcorzonegræ herbaque boragine decoctum pro ordinario potu infirmo, panatellam pro cibo hoc mane aſſumenti, ordinavi.

5. Præſente adhuc obſtinato iſto ſymptomate, ventriculo extrinſecus applicavimus ſequens linimentum, brodiumque ſemine citri alteratum ante cibum obtulimus.

℞. *Ol. nucis moſcat. maſtichin. Cariophylor. menthæ. ana.* ℥ s.

m. f. linimentum ventriculo apponendum.

6. Dubitans utrum hic ſingultus à flatu, uti opinatus, utrum vero ab humore acri & malignitate ventriculo contraria prædito dependeret

'deret, quod & probabile erat, magnã cum multa flamma poſt bonam inunctionem juſſi ventriculo applicari cucurbitulam, brodiumq; ſemine citri margaritisque alteratum ilicò offerebam. Poſt quæ remedia ceſſavit ex toto ſingultus, febre tamen ſua tempora percurrente.

7. Cum alvus non evacuaſſet, ſequens enema fuit injectum.

℞. *Diacathol.* ℥ .s. *Mell. Viol. ſolut.* ℥ iij. *Elect. lenit.* ℥ s. *Cum brodio carnis.*

m. f. Clyſter.

8. & 9. Febre cum intenta malignitate, viriumque conſequenter notabili lapſu infirmum affligente, aſſumpſit ſequentia.

℞. *Conf. AlKerm. hiacinthin. ana.* ʒ s. *Margarit. ppat.* ℈. j.

m. f. Bol. pro octavo.

℞. *Aq. ſcorzon. tot. cit. cord. ſaxon. an ℥ ij. Iulep. de gem. ℥ j. Confect. AlKerm. ʒ j. m. f. Iulep.*

10. Brodio ſcorzon. corticibus citri, margaritisque atterato, & tenui cibo inſtaurante vixit.

11. Malignitate infirmo debiliori, majores inquictudines afferẽdo inſultante, naturaque nihil tentante, propinavi revellens à corde malignitatẽ remedium.

℞. *Confect. alkerm. ʒ s. Lapid. bezoard. gran. XX. f. l. bol. cui ſuperbibat brodium ſcorzon. calid.*

12. Cum urinæ concoctione, temperatiori validiorique pulſus infirmus adhuc à copioſo ſudore madefactus in meliori ſtatu vivebat, ſed 13. hoc ſudore continuante magis tamen decimo quarto profluente tandem ex toto infirmus ſanitatem eſt adeptus.

15. Pro

15. Pro decimo ſexto infirmo ordinavi ſequens electivè purgans medicamentum, & valedixi.

℞. *Elect. lenitiv.* ℥ j. *De ſucco roſar.* ʒ ij. *Cremor. tart.* ʒ j.
m. f. bol.

1. *Obſ.* Sanguinis miſſionem in hac maligna febre tum colicum dolorem, tum vehementem ſingultum prohibuiſſe: unde diligenter medicus morbi maligni jam facta cognitione, obſervare debet quæ ſymptomata morbum concomitentur, quoniam remedium non applicandum niſi cum magna præmeditatione, plus valent ſæpe ſymptomata vires dejiciendo in remedia prohibendo, quam cauſa morbi in indicando.

2. *Obſ.* Temperamenta melancholica quia flatibus ſcatent in hypochondrijs magis alijs temperamentis dolori colico eſſe obnoxia, cujus

magna

magna ratio à medico habenda, quoniam bilioſa febre hi melancholici cum magna ſiti laborantes non ita avidè licet aquas deſtillatas ingurgitare quia nimia flatulentia & frigiditate colicos dolores, vel poſt curatum morbum obſtinatiſſimas lienis venarumque ſpleneticarum obſtructiones producunt. Quapropter nos multa brodia alterata loco æque deſtillatæ pro potu ordinario huic melancholico temperamento ordinavimus.

3. *Obſ.* Sumpſimus autem ad humorem concoquendum malignitatique reſiſtendum remedia huic temperamento propria, inter quæ ſcorzonegram primum locum obtinere, apud omnes medicos eſt extra controverſiam.

4. *Obſ.* Modicum vini nos infirmo noſtro propinaſſe ut citò viribus

deſti-

deſtituto, ſubita ſpirituum vitalium refectione ſuccurramus, quod ſi in acutis & malignis febribus ad duo cochlearia, ubi ægrotantes morti vicini apparent cum margaritis præparatis concedamus, miraculoſum effectum, infirmo quaſi reviviſcente, præſtant. Cujus eſt in promptu, cum ſpiritus communicando, quibus abundat, & qui maximè in maligna febre patiuntur, infirmo vires amiſſas reſtituat, neque eſt quod aliquis objiciat ſuo calore febrem adaugere, quoniam ſpiritus vitalis augmentando, plus affert utilitatis, deinde in iſta exigua quantitate quod poteſt ſuo calore nocere? in Francia autem, Germania, Flandria, & Anglia iſto in caſu in uſu eſt vinum Rhenanum.

CAPUT

CAPVT SEXTVM.

NObilis Florentinus macilentæ aliquantulum conſtitutionis flavique in facie coloris cum oculorum triſti viſione, à continuo calore indies exacerbante cum magna ſiti, linguæ ariditate capitisque dolore, correptus, medicum ſibi amicum advocavit, qui in pulſu debilitatem, tremores motusque convulſivos, in cute vero petechias obſervans, doctè judicavit nobiliſſimum infirmum ut plurimum bilioſi ex parte tamen melancholici temperamenti duplice tertianà continua malignitate petechiali prædita laborare: cujus cauſam cum non ignoraret in mediis venis conſiſtere, ſtatim indicationibus, quæ ab eadem deſumuntur, ſatisfecit, cucurbitulas ſcarificatas, clyſtere, primam corporis regionem abluente, præ-

præmiſſo, dorſo, & natibus ordinando, quoniam ſic majorem non ſolummodo humoris morbifici partem evacuavit, verum & naturæ malignum humorem rectè expellenti, ſuccurrebat. Quæ ſunt indicationes in principio hujus febris à medico obſervandæ. Sed cum nobiliſſimo huic infirmo quinto die morbi acutiſſimus, & pungitivus dolor in dextro latere cum frequenti ſicca tuſſi, magnaque in inſpirando difficultate cum augmento febris ſuperveniret, me cum primo medico advocavit ad curationem: qui, audito doctiſſimi viri de morbo diſcurſu, judicavi, temperamento infirmi ut plurimum bilioſo ex parte tamen melancholico cum ſymptomatibus, & tempore morbi obſervato, infirmo bilioſa petechiali febre in principio augmenti laboranti, (*a*) pleuritidem

(a) Eſſentia.

hoc

hoc eſt membranæ pleuræ à ſaugui-ne inflammationẽ ſuperveniſſe propter (*b*) pleuræ à materia maligna vellicationem. Quapropter nos duos habere morbos curandos, petechialem nimirum febrem in augmento, & inflammationem in principio conſiſtentem. Quorum (*c*) indicationes perpendens, videnſque unum ita, aliud vero indicans aliter indicare, tandem intrepidè cum doctiſſimo Hipp. reſolvi, ubi indicantia ſunt contraria uti in hoc noſtro caſu, in quo petechiales maculæ cum augmento malignæ febris, ſanguinis per venam ſectam miſſionem prohibent, inflammatio vero deſiderat, magis urgenti, quod in noſtro caſu eſt inflammatio, eſſe reſiſtendum. Quapropter in hoc (*d*) periculoſo & quaſi deſperato caſu ſanguinem intre-

(b) Cauſa, (c) Indicat. (d) Progn.

trepide à membrana pleura eſſe revellendum, & conſequenter per venam ſectam ex dextro brachio eſſe ad octo uncias evacuandum: ſed ne malignus humor, jam à natura è venis per ambitum corporis protruſus ad interiora venæ ſectione retrahatur, cucurbitulæ ſiccæ, ibi quod eſt retinentes, ſunt applicandæ. Imo eodem tempore malignum febris humorem ad ambitum corporis protrudere & qui pleuræ adhærendo eamque vellicando producit inflammationem, ſudore expellere, eſt omnino rationi conſentaneum, quoniam occaſio hic præceps. Quapropter eodem tempore cucurbitulis ſiccis cum venæ ſectione applicatis, etiam ſequens ſudoriferum, quo febrilis malignus humor à corde revéllitur & cauſa prima inflammationis exſu-

exſudatur, nobiliſſimus patiens *(e)* introſumpſit.

℞. *Aq. flor. papav. errat.* ℥ iiij. *Syr. ejusd.* ℥ j. s.
Dentis apri. Mandibuli lucij, Ocul. cancri an. ℈. s. *Priapi. tauri* ℈. *iij.*
Lapid. bezoard. gran. XV.
m. f. ſudorif.

Sed tempore matutino ſequenti die qui ſextus erat malignæ febris, ſed ſecundus inflammationis redeuntes, inſpirationemque, quæ à pungitivo dolore impediebatur, infirmo imperantes, obſervavimus cum acutiori febre etiam inflammationem cõtinuare. Quapropter ilicò ſanguinem ex ſalvatella dextra manus ad ſex uncias evacuari imperavimus, applicantes ſiccas cucurbitulas, ſudoriferamque potionem ut ſupra præſcribentes. Sed antè hæc omnia reme-

(e) Remed.

remedia, corpore nihil evacuante, ſequens ordinavimus enema, pariterque juleppum pro ordinario potu.

℞. *Brodij carnis q. ſ. Diſſol. diacath.*
℥ s. *Flor. caſſ.* ℥ j. *mell. viol. ſolut.*
℥ iij. *f. clyſter.*

℞. *Aq. flor. papav. errat.* ℔. iij.
Syr. ejusd. ℥ iij. *marg. ppat.* ℈ j.
m. f. Iulep.

Tertio die inflammationis, qui ſeptimus erat malignæ febris, patiens poſt ſudorem univerſalem omnino erat à dolore lateris, & conſequenter pleuritide liberatus, ſolum maligna febre ſine manuum tremore motuque convulſivo cum magna remiſſione continuante, quam mutationem à copioſo hoc ſudore obſervantes matutino tempore, enemate communi injecto, iterum ſequens ſudoriferum veſpertino tempore, exacerbante febre, ordinavimus.

℞. *Lact.*

℞. *Lact. com.* ℔. j. *Diſſol. ſaccari rub.* ℥. iiij. *Butyri recentis.* ℥. iij. *f. clyſter.*

℞. *Aq. ſcorzon. Tot. cit. Card. benedict. an.* ℥. ij. *Seri deſtill.* ℔. s. *Lapid. Bezoard. gran.* xx. *Conf. alkerm.* ℈. s. *julep. Viol.* ℥. i. s. *m. f. pot.*

8. Febris hoc eſt quarto inflam-
mationis, cum per totam noctem
copiosè ſudando infirmus multum
dormiviſſet, obſervans in urina con-
coctionem, validumque & tempera-
tum pulſum inveniens, infirmo ex-
cellentiſſimoque viro valedixi.

1. *Obſ.* quod doctè curam inchoa-
verit excellentiſſimus dominus, cu-
curbitulas ſcarificatas, enemata pri-
mam corporis regionem abluentia
malignumque humorem attempe-

rantia ordinando, patet, quia hæ omnes operationes in vera medicinę doctrina ipſaq; ratione fundãtur.

2. *Obſ.* præſente pleuritide, & apparentibus per cutim maculis petechialibus nos venam brachii, deinde cum minori virium robore manus aperuiſſe. Contra quam medici operationem ipſum vulgus exclamat, ut antea dictum, quod tamen non debet medicum hic deterrere, quoniam ſicuti vena non eſt, ubi petechiales maculæ in maligna febre ſine interna inflammatione apparent, aperienda, ita & econtra intrepidè eſt ſecanda, ubi interna inflammatio eſt ſuperveniens, neque eandem tempus malignæ febris, maculæ petechiales aut quodcunque aliud prohibere, poteſt. Obſervandum tamen eſt, hoc remedium inflammationi præſcribentes, ut pariter malignæ febri cæteriſque ſalutaribus natur-

turæ motibus eodem tempore auxilium adſeramus, uti videre eſt in caſu noſtro peractum.

3. *Obſ.* ſudorifera in hiſce malignis febribus à pleuritide concomitatis magna eſſe remedia, quoniam non ſolummodo à corde revellendo malignos humores febrem malignam ad oculum diminuunt, verum & malignum humorem pleuræ adhærentem eamque vellicando ſanguinem allicientem, evacuant non raro cum totali pleuritidis exſtirpatione. Imo ubi ſolummodo hæc inflammatio incipit, ſolis hiſce ſudoriferis ſudorem copioſum provocando, abſque ulla ſaguinis miſſione ipſa inflammatio totaliter ſæpe jugulatur. Quod hiſce diebus obſervaſtis in Germano, cui petechiali febri laborāti, dum pleuritis ſuperveniebat, ſtatim ſudoriferum appropriatū propinavi, & à pleuritide fiente ilico li-

 beravi.

beravi. ubi tamen ſanguis jam afflu-
xus eſt, vena eſt aperienda, etiamſi
prohibentia quamplurima contra-
rium deſiderarent.

4. *Obſ.* quod in omni maligna fe-
bre, etiamſi malignitas cordi ſemper
ſit contraria, in multis tamen febri-
bus particulari adhuc qualitate no-
cere, nunc nervis, ut in febribus cum
tremore motibuſque convulſivis,
nunc inteſtinis, uti ubi adſunt fluxus,
nunc pleuræ &c. uti in caſu noſtro:
unde ſicuti hæc malignitas nunc
huic nunc illi parti contraria, ita &
alexipharmaca medicina præſcribit
malignitatem huic, vel illi parti con-
trariam refringentia remedia, qua-
lia præſcripſimus in caſu noſtro, pria-
pum tauri, dentes apri, oculos can-
cri, flores papaveris erratici &c. or-
dinando. Quæ pleuræ occulta qua-
litate non ſolummodo amica, verum
& omnem

& omnem malignum humorem ex eadem per ſudorem expellunt. Inter quæ tamen priapus tauri maximè eſt extollendus.

CAPUT SEPTIMUM.

Menſe eodem maij Colonellus Venetæ Reipublicæ, homo carnoſus, in facie rubicundus, annum agens trigeſimum incirca, poſtquam per plures dies per ſolem equitaſſet, tandem in hanc urbem Venetam appellens, in febrem incidit, primo die cum magno rigore & frigore, aliis vero diebus ſolo calore exacerbantem, dejiciens frequenter flavam cum magno calore in parte domeſtica ſeroſitatem. Medicum advocavit, qui in pulſu tremores, in lingua flavam ariditatem infirmique inquietudines obſervans, prudēter judicavit nobiliſſimum virum ſangui-

neum temperamento continua hac duplice tertiana maligna febre à diarrhæa concomitata laborare, ipſumq; fluxum ex (*a*) bilioſo humore cum febre provenire; quapropter ad (*b*) indicationes ſe convertens, quæ 1. erant, inteſtina ab hoc acri humore abſtergere, eundemque in vitioſis qualitatibus attemperare, confluentes revellere &c. ut diarrhæam curaret, deinde ceſſatâ diarrhæâ, majorem partem humoris febrilis è venis evacuare, eundemque attemperare &c. quæ ex primo capite hujus tractatus petenda, tandem curam hujus periculoſi (*c*) acuti morbi, in quo infirmo magnum vitę periculum imminere omnibus eſt quam manifeſtum, ita eſt agreſſus.

1. Clyſterem, & ſubſequentem placentulam ordinaverat.

℞. *Cre-*

(a) Eſſent. cauſa. (b) Indicat. (c) Progn.

℞. *Cremor. hord.* ℔. j. *Diſſol. ſyr. roſ. ſol.* ℥. v. *Saccari rub.* ℥. iij.
m. f. clyſter.

℞. *Pulpæ tamarindor.* ℥. x. *Spic. Nard.* ℈. s.
m. f. placentula.

2. Aliud enema præſcribebat.

℞. *Lact.* ℔. j. *Diſſol. ſaccari rub.* ℥. iiij. *Mell. viol. ſol.* ℥. iij. *Vitell. ov. num.* ij.
clyſter.

3. Ordinabat ſequentem placentulam, & pro potu decoctum tamarindorum.

℞. *Pulp. tamarindor.* ℥. vj. *Corall. rub.* ℈. j. *Margarit. ppat. Spic. nard. an.* ℈. s.
f. placentula auro cooperta.

4. Quia infirmus cum virium dejectione copiosè dejecerat, enema adſtringens præſcribebat, eidem, paroxiſante febre, propinans ſequentem juleppum.

℞. *Lact. octies chalybeat.* ℔.j. *Diſſol. ſaccari rub.* ℥.iiij. *vitell. ov. num.* ij. *f. clyſter.*

℞. *Aq. acetoſ. Seri deſtill. an.* ℔.s. *Gelatin. cornu cervi. De Ribes an.* ℥.j. *m. f. julep.*

Sed 5. Cum intenſo rubore tota facies infirmi perfunderetur eique tuſſis cum gravativo dolore in anteriori thoracis parte, hoc eſt ſterno, & etiam poſteriori ſpinam dorſi attingente cum longè acutiori febre difficillimaque & frequentiſſima reſpiratione ſuperveniret, & medicus do-

meſti-

meſticos de hoc majori novo morbo, quem doctiſſimè obſervaverat, admoneret, ſunt præter me adhuc alii medici ad periculoſam hujus morbi curationem advocati. Qui hæc omnia obſervantes, unanimiter judicavimus, nobiliſſimo viro bilioſa maligna (*a*) febre cum diarrhæa in principio augmenti laboranti peripneumoniam ſuperveniſſe, quæ eſt (*b*) pulmonis à ſanguine eo confluente inflam̃atio. Cujus principii (*c*) indicationes perpendentes, quæ ſunt à parte affecta ſanguinem adfluentem retrahere &c. quod non poteſt fieri niſi ſanguinem per venam ſectam emittendo, & obſervantes, quod hæc à diarrhæa, quæ aderat, ſæviſſima, prohibeatur, incœpimus conſiderare quid magis diarrhæa, an inflammatio urgeret: ſed cum infirmus citius ab inflammatione quam à diar-

(a) Eſſentia. (b) Cauſa. (c) Indicat.

à diarrhæa periret, & conſequenter magis inflammatio urgeret, ordinavimus hac prima conſultatione unanimi conſenſu quod ſanguis ratione inflammationis è dextro brachio eſſet ad octo uncias emittendus, inquam è dextro brachio, in illo magis inflammatione conſiſtente. Deinde eodem hoc die clyſter magis adſtringens cum ſequenti ſudorifero ad majorem revulſionem ſeroſitatis ad inteſtina confluentis infirmo præſcripſimus, volentes non ſolummodo læthaliſſimæ peripneumoniæ, verum & multum urgenti diarrhææ remedium afferre.

℞. *Lact. cum rad. conſolid. major. Tormentillæ. Serpentar. Acori aquat. an.* ℥.j. *Flor. roſ. rub. pug.* i. *decoct.* ℔. j. *Diſſol. ſaccari rub.* ℥. iiij. *Vitell. ov. num.* ij.

f. clyſter.

℞. *Diaſ.*

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ʒ.j. *Confect. hiacinthi. magarit. ppat. Corall. rub. Cornu cervi. an.* ℈.j. *lapid. bezoard. gr.* xv. *Gelatin. corn. cer. q. ſ.*
m. & f. bol.

Sed hiſce omnibus peractis, die ſequente hoc eſt ſeptimo, infirmus, quaſi ſuffocatus, erectus in lecto ſedebat cum majori difficultate, copioſa tuſſi magnoque ſtertore reſpirans. Inſpirationem ei imperantes, & aerem infirmo attrahente ita dolebat, ut inſpirare negaret, & quamvis à media nocte magnam catharri quantitatem etuſſiret, nihil tamen à dolore, multo minus à difficili reſpiratione ſublevatus, imo erat, ut dixi, magis in reſpirando, quia cum magno ſtertore reſpirabat, afflictus. pulſum indagantes, majorem celeri-

tatem, frequentiam & debilitatem obſervavimus, ex quo inflammationem accreſcere, & inflammationi in hac maligna, & lethali febre catharrum ſuffocativum adhuc ſuperveniſſe, ex dictis ſymptomatibus collegimus. Inflammationis augmento exigente adhuc venæ ſectionem, & catharro præfocante purgans remedium deſiderante, quid vis quod medicus operetur, ubi utrumque unum à febre, alterum à diarrhæa prohibeatur? relicto domeſticis prognoſtico quod hic morbus ita concomitatus ut plurimum ſit lethaliſſimus, & conſequenter quod de morte infirmi hic abſolutè timeamus, ordinavimus duo remedia quorum unum ab inflammatione, alterum à ſuffocativo catharro indicatur. Quapropter nobis præſentibus è ſalvatella dextræ manus fuit ſanguis

ad

ad ℥ iiij. emiſſus & horâ poſt hanc ſanguinis miſſionem purgans hoc pectorale, diarrhææ ſimul conveniens, propinavimus.

℞. *Syr. roſar. aur.* ℥. v. *Aq. cord. parum.*
m. f. pot. b.

Tempore veſpertino non ſolummodo invenimus liberius infirmum reſpirantem, verum & à dolore ut plurimum liberatum, quoniam dum aerem attrahendo fortiter inſpiraret, parum profectò doloris reſpectivè ad quem adfuerat, ſentiebat. Pulſum indagantes, ille meliori reſpirationi correſpondebat. Excrementa alvi inſpicientes, illa craſſiora flava, & ſpumoſa non ſolummodo verum cum illis magnam catharri copiam evacuatam, obſervavimus, urina non ita tenuis, jam ſigna concoctio-

coctionis cum magna unita nubecula demonſtrabat. Hiſce omnibus conſideratis, incœpimus aliquantulum de vita infirmi ſperare, eundemque cum copioſo catharro in thoracis cavitate collecto, maligna febre in augmento & diarrhæa laborantem adhuc invenientes, ordinavimus juleppum pectoralem.

℞. *Syr. papav. errat.* ℥. ij. *Corall. rub.* ℨ. j. *De gemmis* ℨ. s. *Mag. corallor. rub. gr.* vj. *Perlar. gr.* iiij. *Aq. Papav. errat.*
m. f. julep.

8. Infirmo in meliori ſtatu perſeverante & ex toto à dolore pectoris & conſequenter peripneumonia liberato, ſolummodo tuſſis copioſi catharri, verum non ita tamen moleſta aut cum tanto ſtertore continuabat. Febris remiſſior cum manuum

tamen

tamen tremore & diarrhæa perſiſtebat. ordinavimus.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℈. iiij. *Confect. alkerm.* ℈. j. s. *Magiſt. corallor. rub.* ℈. s. *Lapid. bezoardici gr.* xx. *Marg. ppat. gr.* iiij.

Cum Syr. Papav. errat. q. ſ. m. & f. bol.

9. Stertore iterum propter copioſum catharrum creſcente, febre tamen mitiori in malignitate propter validiores pulſus exiſtente, infirmo præſcripſimus ſequens pectorale ſolutivum decoctum.

℞. *Hord. mundif. ger.* ℥. iij. *Rad. Althææ. Tuſſilag. an.* ℥. ij. *Liquirit.* ℥. j. *Flor. Borag. violar. an. pug.* j.

Coque in ſuff. aq. qte. ad tertiæ partis conſumptionem. colaturæ.

℞. *Lib.*

℞. ℔. ij. *in quibus infunde Rhabarb. pulv.* ℥. ij. *Agar. troch.* ℥. iij. *Cinnam. opt. Spic. nard. an.* ℈. ij. *f. pot. de qua bibet* ℥. iiij. *tempore matutino, & totidem veſpertino tempore.*

11. Poſtquam infirmus à copioſo catharro tuſſi hac nocte eſſet liberatus, corpuſque craſſiora excrementa ob decoctum expurgaſſet, matutino tempore invenimus aliquantulum adhuc ſublevatum, ordinavimꝰ

℞. *Aq. cord. Saxoniæ* ℥. v. *Syr. papav. errat.* ℥. ij. *De roſ. ſiccis* ℥. j. *Corallor. rub.* ℥. i. s. *Mag. corallor. rub. gr.* x. *Marg. gr.* iiij. *m. f. julep.*

11. Minus frequenter pauciora q; craſſiora excrementa infirmus dejecerat, tuſſiſque paulatim cum meliori re-

ri reſpiratione ceſſabat. quia parum tamen infirmus dormiverat, præſcriptum eſt ſequens remedium.

℞. *Sem. melon.* ℨ. ij. *Papav. alb.* ℨ. s. *Amig. dulc.* ℨ. j.

Contunde, & cum aq. cord. Saxon. f. emulſio, cui adde.

Marg. ppat. ℈. s. *Magiſt. corall. rub. gr.* vj. *Syr. corall. Papav. errat. an.* ℨ. j.

m. f. emulſio.

12. Sola diæta inſtaurante infirmus vivebat.

13. Diarrhæa non ſolummodo verum & tuſſis ut plurimum ceſſaverat, incipiebatque parumper ſudare. Sollam diætam cum ſequente emulſione præſcripſimus.

℞. *Sem.* 4. *frig. major. an.* ℨ. ij. *Amig. dulc.* ℨ. ij. *Papav. alb.* ℨ. iij.

Contun-

Contunde, & cum aq. papav. errat. q. ſ. m. fiatque emulſio quæ manib. Chriſt. q. ſ. dulcoretur, capiat poſt tenuem cœnam.

14. Copioſius ſudavit infirmus, & ex toto ab hoc lethaliſſimo morbo eſt liberatus, cui nos de ſalute non expectata congratulati, Neſtoreos annos ut vivat, adoptavimus, reliquumque, quod in convaleſcentibus neceſſarium eſt, primo medico, ſummæ experientiæ viro, reliquimus.

1. *Obſ.* Cum magna doctrina medicum in principio hujus morbi omiſiſſe omnem ſanguinis miſſionem, quoniam, etiamſi eadem à maligna febre in principio indicaretur, tamen & tum eadem ab efficaciori prohibente, diarrhæâ nimirum prohibebatur.

2. *Obſ.* ſuperveniente interna, pulmonis ſcilicet inflammatione, re-

ctè eandem fuiſſe peractam, quoniam melius erat hoc anceps remedium applicare, quam certò mortem infirmi, nullum remedium applicando, intueri: actum enim eſt de vita patientis, ubi huic internæ inflammationi ſanguinem mittendo non ſuccurrimus. nec refert, quod à malignæ febris augmento ſæviſſimaque diarrhæa prohibeatur, quia plus valet inflammatio in indicando, quam hæc omnia in prohibendo. hoc tamen in caſu prognoſticare oportet periculum, quod infirmo citò imminet, ne, ſi immediatè poſt ſanguinis miſſionem, febre maligna in augmento exiſtente, moriatur, ob applicatum remedium obiiſſe dicatur.

3. *Obſ.* Purgationem pectoralem doctè etiam fuiſſe infirmo à copioſo catharro quaſi ſuffocato præſcriptã,

quo-

quoniam, etiamſi eadem à malignitate febrili prohiberetur, ab efficaciori tamen indicante ſuffocante ſcilicet catharro indicabatur, quoniam & hic catharrus æquè mortem infirmo ac ipſa inflammatio & citò, minatur. quapropter ilicò ſimul & ſanguinis miſſio & pectorale expurgans medicamentum erant adhibenda, quoniam (*a*) occaſio hic præceps, & tardare in hiſce acutioribus morbis, malum.

4. *Obſ.* etiamſi concomitantibus malis, quæ primum morbum febrem ſcilicet fovent & augmentant, ilicò ſit ſuccurrendum, propterea tamen primum morbum per ſe magnum & periculoſum non eſſe negligendum, ſed & illi ſua remedia eſſe adhibenda. quapropter rectè infirmo remedia febris malignitatem & putredinem reſpicientia fuerunt in hoc caſu

tum

(a) Hip. ſect. 4. aphor. 10.

tum ſudorifera tum alexipharmaca prout febris id exigebat, à nobis ordinata, non omiſſa continua virium infirmi, à quibus totum dependet, per totum morbi decurſum corroboratione.

5. *Obſ.* hunc morbum, ſeu potius hoſce morbos ita unitos ordinarie cum morte infirmi terminari, quoniam etiamſi hic infirmus fuerit ſalvatus, decem tamen ab eodem morbo, ubi unus evadit, morientur: quapropter eſtote in prognoſticando oculati ubi inflammatio interna malignæ febri in augmento vel vigore ejuſdem ſupervenit, quoniam quod hic de peripneumonia prognoſticamus, id etiam de aliarum internarum partium inflammatione, intelligimus, & præſertim ubi febrem aliud adhuc ſymptoma vires proſternens ut v. g. diarrhæa concomitatur.

6. *Obſ.* hiſce inflammationibus corpora ſanguinea magis aliis corporibus eſſe obnoxia, quamvis crudeles ſint morbi & nulli parcant temperamento.

7. *Obſ.* quod ſicuti inflammatio pulmonis abſolutè ſanguinis per venam ſectam miſſionem deſideret, ita quoque eadem ſit adhibenda quocumque morbi tempore, & quocumque præſente prohibente, ubi copioſum ſanguinis ſputum ſupervenerit. Quod nuper in ſartore illo germano, qui maligna petechiali febre laborabat, & cui octavo die cum magno ſtertore tuſſis ad libras ſanguinis ſuperveniebat, non ſine magno naturæ miraculo obſervaſtis: ſanguinis enim miſsione vitam conſervavit, qui eandem ob apertam venam, in thoracem copioſo effluente ſanguine, ut ita dicam, amiſerat.

Quod

Quod quamvis rarò in maligna febre contingat, aliquando tamen à medicis in praxi obſervatur.

CAPUT OCTAVUM.

NObilis Anglus, ætatis juvenilis, mediocriter carnoſus, in albiſsima ſeu clariſsima facie à rubeo colore aliquantulum tinctus, in continuum incidit calorem ſingulis diebus cum magno capitis dolore & ſiti exacerbantem. Mercator, apud quem diverſabatur, medicum ſuum primò advocavit, qui cum infirmum cum magna corporis inquietudine, porraceæ bilis vomitu (*a*) frequentique alvi dejectione cum pulſuum tremore & convulſivo motu inveniret, judicavit doctiſsimè nobiliſsimum infirmum temperati temperamenti duplice tertia-

(a) eſſentia & cauſa morbi & ſymptom.

tertiana maligna febre à vomitu & diarrhæa concomitata laborare: adſerens vomitum ex bilioſo humore ventriculo, diarrhæam vero ex eodem humore inteſtinis adhærente, eaſque partes moleſtante, proveni-re. (*a*) Indicationes humoris febrilis pervolvens, eaſque cum ſymptomatibus hujus morbi conferens, obſervavit primariam medici operationem, quæ à cauſa febrili in principio hujus febris deſumitur & à qua ſanguis miſſio deſideratur omnino prohiberi. Quapropter curam aggreſſ9, (*b*) primò ſe hujus periculoſi morbi ſymptomatibus opponendo, hæc ſequentia primo die ad ablutionem bilioſi humoris è prima corporis regione ordinavit.

(*c*) ℞. *Pulpæ tamar.* ℥.vj. *Spic. nard.* ℈.s. *m. f. placentula, quam ſumat hoc mane antè cibum.*

℞. *Cre-*

(a) Ind. (b) prog. (c) remed.

℞. *Cremor. hord.* ℔. j. *Syr. roſ. ſolutiv.* ℥. v. *Saccari rub.* ℥. iij. *vitell. ovor. num.* ij.
m. f. clyſter.

℞. *Pulpæ tamarindor.* ℥. ij.
Coque in ſuff. aq. qte. ad tertiæ partis conſumptionem. colaturæ adde gelatinæ de ribes ℥. ij. *& detur pro potu ordinario.*

2. Vomitus ceſſaverat, multum infirmo conquerente, ut doctiſſimus vir referebat, de oris amaritudine, & continuante, cum valde frequenti & copioſa dejectione, diarrhæâ. Replicavit placentulam tamarindorum iterum injecit ſequens enema.

℞. *Lact.* ℔. j. *Diſſol. ſaccari rub.* ℥. iij. *Mell. roſ. ſolut.* ℥. iiij.
clyſter.

3. Sola tenui diæta ſucco inſtau-

 rante

rante permixta ſequentique alterante in paroxiſmo febrili juleppo infirmum ſuſtentavit.

℞. *Seri deſtillat. Aq. acetoſ. an.* ℔.s. *Gelatin. de ribes. Berber. an.* ℥.j.
m. f. julep.

4. Continuante infirmioris amaritudine cum frequenti alvi dejectione, febriſque cum manuum tremore motibuſque convulſivis augmentum aſſumeret, præſcribebat ſequentia.

℞. *Pulp. tamarindor.* ʒ.iiij. *Corall. rub. Cornu cerv. an.* ℈.j. *Spic. nard.* ℈.s.
m. f. placentula mane antè cibum aſſumenda.

℞. *Cremor. hordei* ℔.j. *Diſſol.*

melli.

mell. roſ. ſolutiv. Syr. roſ. ſol. an. ℥.iij. *vitell. ov. num.* ij.
f. clyſter.

℞. *Seri deſtillat. Aq. acetoſ. an.* ℔.s. *Gelat. de rib.* ℥.ij. *Magiſt. corallor.* ℈. s. *Perlar. gr.* iiij. *Syr. de roſ. ſiccis.* ℥. j.
m. f. julep. quem aſſumat exacerbante febre.

5. Pro tempore nocturno poſt cœnam, cum parum ob alvi fluxum dormiret infirmus, ſolam ordinavit temperantem & ſomniferam emulſionem.

℞. *Sem. Papav.* ℥. s. *4. frig. maj. an.* ℥.ij. *Lactuc.* ℥.s. *Amigd. dul.* ℥.ij.
Contunde, & cum aq. lact. acetoſ. an. q. ſ. miſc. & f. emulſio, quæ Syr. corall. rub. De roſ. ſiccis an. ℥.j. *dulcoretur.*

 6. Vi-

6. Videns quod infirmus ſæpius non ſolummodo verum & copioſius dejiceret cum majori virium dejectione, præſcripſit clyſterem adſtringentem, ſequenteſque bolos.

℞. *Lact. cum rad. Conſolid. major. Biſtortæ Serpentariæ Glandib. an.* ℥. j. *decoct. & Chalybeat.* ℔. j. *Diſſolv. ſaccar. rub.* ℥. iiij. *Vitell. ovor. num.* ij.

f. clyſter. qui hoc mane injiciatur.

℞. *Bol. armen. Terræ. ſigillat. Cornu cerv. uſt. & ppat. an.* ℈. j. *Margarit. ppat. Corallor. rubr. an.* ℈. s. *Confect. hiacinth. Al. kerm. an.* ℈. s.

Cum ſyr. corallor. rub. quantum ſuffic. m. & f. boli pro duabus doſib. quarum unum ante prandium, alterum ante cœnam aſſumat.

7. Cre

7. Creſcente febre cum linguæ majori flava ariditate pulſuque frequentiori, eodemque in ſtatu permanente diarrhæa, obſervavit cum magna diligentia doctiſſimus vir malignitatem humoris febrilis cum magno impetu ad cor proſerpere, unde conſequenter rectè ordinavit humores à corde, & inteſtinis, ut ſimul diarrhææ ſuccurreret, revellendi gratiâ ſudoriferum.

℞. *Confect. hiacinth.* ℈. ij. *Lapid. bezoard. gr.* xx. *Corall. rub.* ℈. j. *m. f. bol. ſuperbibat.*

℞. *Seri deſtillati* ⁀ *Aq. acetoſ. an.* ℔. s. *Syr. corallor. rub.* ℥. ij. *m. f. julep.*

8. Infirmus cum ſentiret pondus, ut dicebat, hoc eſt gravativum dolorem ſub coſtis nothis in dextro

hypochondrio, ibidemque tumor, ægro in ſiniſtrum latus decumbente, appareret, in quo pulſatio, palpitatioque dum manu tangebatur, ſentiebatur, medicus intenſiorem ſimul febrem obſervans; rectè indicavit nobiliſſimo infirmo maligna in augmento febre cum diarrhæa laboranti inflammationem hepatis adhuc ſuperveniſſe. Quem caſum periculoſiſſimum cum domeſtici intelligerent, me ſimul ad curam advocârunt, qui de inflammatione nihil omnino dubitans de remedio revellente per ſanguinis miſſionem, quod à ſanguine affluente in principio inflammationis indicatur, conſultavi, ab alia parte obſervans diarrhæam idem remedium prohibentem. concludimus tamen intrepidè venam eſſe, ipſa diarrhæâ præſente, aperiendam, manus tamen dextræ ſalvatellam juſſimus

juſſimus aperiri, quia vires infirmi à tam diuturna diarrhæa dejectæ, è grandiori vena ſanguinis miſſionem, morbo in augmento conſiſtente, non permittebant, quod die ſequente hoc eſt nono, dolore cum intenſiori febre accreſcente, fuit replicatum, à qua ſecunda ſanguinis miſſione dolore ut plurimum pariter pulſatione & palpitatione ceſſantibus mitior febris cum diarrhæa tamen perſeverabat. Cui remedium ſequens hoc die præſcripſimus à diarrhæa humoreque febrili indicatum.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℈.iiij. *Lapid. bezoard. gr.* xx. *Magiſt. corall. rub.* ℈.s. *Corn. Cerv. ppat.* ℈.j.s. *Marg. ppat.* ℈.s.

f. Sudoriferum cui ſuperbibat.

℞. *Aq. acetoſ.* ℔.j. *Tinct. corall.* ℥.s. *Gelatin. de ribes. Berber. an.* ℥.j. *f. julep.*

 10. Poſt

10. Poſt copioſum ſudorem cum nobiliſsimus Dominus multum eſſet in ratione febris non ſolummodo, verum & in ratione diarrhææ, craſſiora dejiciens, ſublevatus, ordinavimus ſolum cum tenui cibo commune enema & ſubſequentem emulſionem.

℞. *Lact. comm. chalyb.* ℔. j. *Saccarii rub.* ℥. iiij. *Vitell. ovor. num.* ij.
m. f. clyſter.
qui hoc mane ante cibum injiciatur, diuque retineatur.

℞. *Sem. 4 frigid. maj. an.* ʒ. ij. *Amigd. dulc.* ℥. ij. *Sem. papav. alb.* ʒ. iiij. *Lactuc.* ℈. ij.
Contunde, cum aq. cord. Saxoniæ, Acetoſ. f. emulſio, quæ manibus Chriſt. perlati quantum ſuff. dulcoretur.

11. Exclamat infirmus bona nova

quia

quia, per totam noctem non ſemel
dejiciendo, dormivi, multumque
ſudavi. Brodium acetosâ alteratum
hoc matutino tempore antè cibum
propinavimus, & veſpertino obſer-
vantes quod, diarrhæâ ceſſatâ, ſudor
cum validiori pulſu ſuperveniret,
copioſamque urina demonſtraret
concoctionem, naturæ totum nego-
tium reliquimus, quoniam hoc ſudo-
re uſque ad decimum quartum, imo
decimum quintum incluſivè copio-
ſè profluente, Dei gratiâ ſanitatem
recuperavit. Eidem ſequens electivè
purgans medicamentum ordinavi-
mus, & valediximus.

℞. *Rhabarb. pul.* ʒ. ij. *fol. ſen.* ℥. s. *Cremor. tart.* ʒ. ij. *Cinnam. optim.* ℈. ij.

Pul. per noctem ſuper cineres calidos in ſuff. aq. acetoſ. qte. macerentur. manè colaturæ adde mannæ elect. ℥. iij. *potio albumine ovi clarif.*

1. *Obſ.* in hoc noſtro caſu nihil particulariter eſſe obſervandum, quod ex antè dictis etiam tyrunculus in arte non videret; ſolum hoc notamus hepatis inflammationem, & conſequenter lienis, aliorumque viſcerum tantum in indicando valere, quantum pleuræ, pulmonis &c. inflammatio, quoniam ut dixi, cujuſcunq; internæ partis inflammatio, cum acutiſſimus ſit morbus, eſt plena periculo. Quapropter ejuſdem indicationibus eſt à medico inſerviendum quocunque præſente contrarium indicante, ut antea dictum, & ex hoc caſu ab unoquoque obſervari poteſt.

CAPUT NONUM.

NObilis Venetus quinquagenarius habitus mediocriter carno-
i, in facie aliquantulum rubicundus,
lavos grandiores iracundoſque ha-
ens oculos, incidit hoc menſe Junij
n urentem continuum indieſque
omeridiano tempore exacerban-
em calorem, qui primo die cum vo-
nitu porraceæ bilis, ſequentibus ve-
ò cum copioſa alvi flavæ ſeroſitatis
ejectione infirmum affligebat. Sed
uarto præter diarrhæam, facies in-
rmo cum intenſo & flammeo ru-
ore multiſque veſiculis accreſce-
nt, quæ quinto tantæ magnitu-
nis cum intenſo rubore exiſte-
at, ut faciem gigantis non au-
m ordinariæ perſonæ repræ-
ntaret. In pulſu (*a*) tremores,

 motus

(a) Eſſentia & Cauſa morbi.

motus convulſivi, cum inquietudine infirmi &c. reperiebantur. Quod nobiliſſimus dominus duplice tertiana maligna febre à diarrhæa & eryſipelate faciei ex ſubtiliore & fervidiore maligno ſanguine faciem inflammante reſultante, concomitata laboraret, omnibus eſt quam manifeſtum. Quæ ſit hujus febris eſſentia, indicatio, prognoſticum & curatio, patet ex ante dictis: quapropter de hiſce nihil hoc capite. Solummodo volumus ut curioſus lector obſervet, nos in hoc caſu ſanguinem non emiſiſſe, etiamſi ab eryſipelate, hoc eſt inflammatione indicaretur, quoniam diarrhæa, quæ aderat, plus poterat in prohibendo, quam eryſipelas in indicando; nec refert quod ſit inflammatio, quia cum ſit externa nihil periculi habet, & conſequenter cum ſanguinis

emiſſio

emiſſio à præſente diarrhæa prohibeatur, non eſt emittendus. Abſente tamen diarrhæa, non ſolummodo ſanguis eſſet mittendus ratione febris, verum & copioſius eſſet evacuandus ratione eryſipelatis, quod aliquando in tantam molem accreſcit, ut partis inflammatæ nativum calorem extinguat & conſequenter gangrænam inducat. Sanguinis autem largiori miſſione ab hoc pars affecta præſervatur.

2. *Obſ.* eryſipelas in maligna febre ſæpiſſimè præſertim in bilioſis & ſanguineis temperamentis ſupervenire, morbumque ordinario eſſe particularem, hoc eſt vel caput, vel crus afficere, raroque eſſe univerſalem morbum, totum corp9 affligentem, prout hoc menſe in Sacerdote Gallo ſanguinei ut plurimum ex parte tamen bilioſi temperamenti non

ſine

ſine magna admiratione obſervavimus, qui totum corpus, caput, brachia, dorſum, pectus, crura &c. ignitum habens & inflammatum, tandem totaliter cutim amiſit, & ſic decorticatus lecto plenus doloribus decubuit, non ſine omnium adſtantium amicorum commiſeratione.

3. *Obſ.* quamvis eryſipelas eſſentialiter ſit morbus, hoc eſt, externæ partis inflammatio, nihilominus tamen iſtum naturæ motum, quo acriorem malignum humorem cum fervidiori ſanguine tranſmittit ſæpe eſſe ſalutarem, & fieri cum notabili malignæ febris remiſſione.

4. *Obſ.* quod in hac inflammatione, præcipuè in facie non liceat in principio repellentia frigida, uti in principiis aliarum inflammationum, applicare, quoniam à copioſo ſanguine

uine & à remedio exhalationem
eu evaporationem impediente non
olummodo morbus non ſanatur,
erum ad nobiliorem partem cere-
rum nimirum propellitur, imo gan-
rena, hoc eſt, nativi caloris extin-
tio ſæpiſſimè illa frigida repellen-
a applicando in aliis partibus cau-
atur. Quapropter in hoc noſtro
aſu remedium Sennerti ex aqua
orum ſambuci theriacâ permixta
non ſine notabili fructu ordi-
navimus.

CAPUT DECIMUM.

NObilis Genuenſis vir annorum quadraginta, mediocriter carnoſus, non ſolummodo nigros & atroces oculos verum & totius corporis cutem habens ad nigredinem vergentem, eamque, quia totus hirſutus, capillis nigris, præcipuè tamen in pectore, brachiis & cruribus ſcatentem, menſe hoc Septembris in febrem incidit pomeridiano tempore magis cum anxietatibus, ſiti, linguæ nigræ ariditate &c. affligentem. In pulſu obſervabam morbo in principio exiſtente, magnam cum tremore manuum motibuſque convulſivis debilitatem. Corpore naturaliter dejiciente, cutis plena maculis petechialibus plumbei ſeu violacei coloris obſervabatur. Primo die, dum febris exacerbaret, ampliſ-

ſimus

ſimus infirmus humorem viridem ſa-
pore amariſſimum evomebat, cæte-
ris tamen diebus abſque vomitu, ſo-
lo intenſiori calore, ſicciori linguâ
majorique infirmi inquietudine &c.
paroxiſabat. Secundo die tempore
veſpertino advocatus, judicavi am-
pliſſimum virum atrabiliarium tem-
peramento, duplice tertianâ mali-
gna febre petechiali laborare, eam-
que à bilioſo (a) humore magis ad-
uſto in mediis venis propter obſtru-
ctiones putreſcente & malignitate
affecto, provenire, naturâ ſimul ad
ambitum (b) corporis ſubtiliorem
materiæ malignæ partem propel-
lente.

Conſiderans indicationes, quæ
ex primo cap. hujus tractatus mani-
feſtæ evadunt, eaſque cum motu na-
turæ malignitatem ad ambitum cor-
poris

(a) Eſſentia & cauſa morbi. (b) Symptom.

poris expellentis, conferens, judicavi primis viis abſterſis primo quidem eſſe (*a*) indicationi materiæ morbificæ obediendum, ſed ita tamen id exequendum ut ſimul eodem remedio naturæ ad ambitum expellenti auxilium afferatur. Quapropter „ relicto domeſticis hujus periculoſiſſimi morbi (*b*) prognoſtico, nihil hodierna die niſi cremorem hordei pro cœna tardè declinante paroxiſmo ordinabam.

3. Die morbi rediens, ilico, clyſtere injecto, cucurbitulas (*c*) ſex ſcarificatas, natibus dorſoque applicandas, ordinavi; ſic nōn ſolummodo humorem morbi in principio, verum eâ viâ evacuans, per quam natura cum conferentia infirmi operatur.

℞. *Decoct. emoll. & refrigerant. pro clyſt.* ℔.j. *Diſſolv. diacathol. Flor. caſſiæ an.* ℨ.vj. *Mell. viol. ſolut.* ℥.iiij. *f. clyſter.*

4. Ad

(a) indicat. (b) prog. (c) remed.

4. Ad majorem primarum viaum mundificationem fuit ſequens nema ſimul cum juleppo per ſudoem expellente, ordinatum.

℞. *Flor. caſſ.* ℥. j. *Diacathol.* ℥. s. *Mell. viol. ſolut.* ℥. iij. *diſſolv. in brodio carnis cum emollientibus herbis decocto, & f. clyſter.*

℞. *Aq. boragin. ſcorzon. Hordei. an.* ℥. iij. *Seri deſtill.* ℥. vj. *Syrup. de limonib.* ℥. j. s. *Lapid. bezoard. gr.* xx.

f. julep.

5. Referens infirmus quod alvus, ſtquam matutino tempore ſemel l honeſtè ab enemate dejeciſſet, r totam noctem expurgaſſet, vo- hæc alvi noctis excrementa in- cere, quæ cum aduſta & ſangui- nigro permixta obſervarem, ju- avi dyſenteriam ab atra bile, hoc

eſt

eſt, frequentem humoris aduſti & ſanguine permixti alvi doloriferam dejectionem, ſuperveniſſe. Qui novus morbus cum novas habeat indicationes ſummopere urgentes, ut ſunt humores aduſtos ex inteſtinis abluere, eundem attemperare, confluentem revellere, incraſſare partemque affectam conſolidare intemperiem corrigentibus &c. ſtatim etiam volui ad remedia, quæ hiſce indicationibus inſerviunt, confugere, ilico ordinando enema, ſequenſque decoctum pro ordinario potu.

℞. *Cremoris hordei* ℔. j. *Saccari rub.* ℥. iiij. *Mel. roſ.* ℥. iij.
m. f. clyſter.

℞. *Pulp. tamarind.* ℥. ij. *Corn. Cerv. crud. raſpat.* ℥. s.

coquu

que ad tertiæ partis conſumptionem f. colatura ad ℔. x. *adde gelatinæ de herb.* ℥. ij. *f. pot. ad uſum.*

6. Cum magno cruciatu infirmus per totam noctem aduſtum ſeu nigricantem humorem, multo ſanguine permixtum, dejecerat, febre cum majori nigræ linguæ ſiccitate, frequentiori pulſu majorique inquietudine infirmi creſcente; ordinavi ad ſolvendum, attemperandum &c. enema.

℞. *Lact. cum hord. & oriza decoct.* ℔. j. *Diſſolv. Saccar. rub.* ℥. iiij. *vitell. ovor. num.* ij.

f. clyſter.

7. Dyſenteria creſcente cum debiliori frequentiorique pulſu, obſervanſque cum magno impetu ſeroſitatem

tatem ad inteſtina, malignitatem vero ad cor confluere, revellens ſudore à corde & ab inteſtinis ordinavi.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℈.iiij. *Confect. alkerm.* ℈. i. s. *Magiſt. corallor. rub.* ℈. s. *Lapid. Bezoard. gr.* xx. *Corn. cerv. ppat.* ℈. j.

Cum tinctura corallor. rub. m. & f. bol. auro cooperti.

8. Poſt copioſum ſudorem non tam frequenter infirmus dejecerat, nolebatque amplius decoctum tamarindorum, quod eidem pro ordinario potu, ſuperveniente dyſenteria ordinaveram, aſſumere; quapropter eidem aliud hoc magis delicatum decoctum, pro ordinario potu cum placentula ſubſequente attemperante & abſtergente præſcribebam.

℞. Corn. cerv. crud. ℥. i. Rad. conſol. maj. ℥. s.

[C]oque in ſuff. aq. qte, & colaturæ, quæ debet conſiſtere ad ℔. viij. *adde Syr. cydon. q. ſ. ad grat. dulcedinem.*

℞. Pulp. tamarindor. ʒ. v. Corall. rub. Cornu. cerv. an. ℈. j.
f. placentula.

9. Magnam aduſtæ ſeroſitatis [qu]antitatem, cum ſanguinis per[m]ixtione dejiciens miſer infirmus, cœpit delirare, magna perſiſtente pulſu, cum tremore & motibus [co]nvulſivis, debilitate. linguam in[sp]iciens, domeſticis ejuſdem ni[gr]edinem & aſperitatem, ſimul cum [de]ntium ſplendeſcente ſiccitate de[m]onſtrabam. quæ omnia ſigna quam [ef]ficaciter mortem prognoſticent, [cr]edo practicantibus medicis non eſſe

eſſe ignotum. Dicit Hippocrates (*a*)dyſenteriam ab atra bile lethalem, quanto igitur magis lethalis ubi cum tot lethalibus ſignis conjungitur? Quapropter domeſticos de magno infirmi periculo admonens, facta eſt cum aliis medicis conſultatio, in qua quę per totam hanc curationem ſubſequuntur, fuerunt unanimi conſenſu ordinata.

℞. *Lact. cum rad. conſolid. major. decoct. & chalyb. q. s. Diſſolve ſaccari rub.* ℥. iiij. *Vitell. ovor. num.* ij. *Thur. ſubtil. pulv.* ʒ. j.
f. clyſter.

℞. *Diaſcord. Fracaſtor.* ℈. iiij. *Confect. hiacinth.* ʒ. s. *Lapid. bezoard.* gr. xx. *magiſt. corallor. rub.* ℈. s. *cum. gelatin. cornu cerv. q. s.*
f. bol. quibus ſuperbibat ſequentem julepum. ℞. *Aq*

(a) Sect. 4. aph. 24.

℞. *Aq. acetoſ. Seri caprin. deſtill. an.* ℔. s. *aq. ſcorzon.* ℥ iiij. *Gelatin. de rib.* ℥. j. s. *tinctur. corallor. Marg. præparat. an.* ℈. j.

m. f. Iulep.

10. Quamvis infirmus non tam frequenter, nihilominus tamen magnam quantitatem dejecerat: dormierat tamen aliquantulum, copiosè ſudando, ordinavimus ſequens enema adſtringens & ſomniferam poſt cœnam emulſionem.

℞. *Plantag. Sanguiſorb. an. pug.* j. *Flor. roſar. rub. Balauſtiar. an. pug.* s. *Rad. conſolid. maj. Tormentil.* ℥ *ij. Sem. portul.* ℥. s. *Gland.* j.

Cum carne & pedib. vitul. f. decoct. colatur.

℞. ℔. j. *cui adde Succi plantagin.* ℥. *ij. Amyll.* ℥. *j. Gumm. Arab.* ʒ. *j.*

Mucilag. cydon. cum lact. extract ℥ ij. f. clyſter.

℞. *Aq. ſcorzon. Cord. Saxon. Lactuc. an.* ℥ ij. *M. cum ſem. melon. contuſ.* ℥ ij. *Papav.* ℔. ℥. s. *Amigd. dulc.* ℥ j. s. & *F. emulſio, quæ manib. Chriſti. perlat. q. ſ. dulcoretur, cui adde Magiſter. corallor. rub.* ℈. s.

11. Per intervalla dormiverat & deliraverat infirmus, neque tam copiosè & frequenter dejiciebat, permanebat tamen in nigra lingua cum inexſtinguibili ſiti, ariditas. Ante cibum matutinum placentulam, & exacerbante febre, ſubſequentem juleppum propinabam.

℞. *Pulpæ tamarindor.* ʒ. v. *Corallor. rub.* ℈ j. *Spic. nard.* ℈ s.

m. f. placent.

℞. *Aq. ſcorzon.* ℥ iij. *Acetoſ.* ℔ s. *Gelatin. de ribes Beber. an.* ℥. j *Cydoneor.*

neor. Iulepp. de gemm. an. ℥. s. *m. f. Iulep.*

12. Parum humoris bilioſi nihilq; erè ſanguinis dejecerat infirmus, arum deindè dormiverat per intervalla delirando: multum ſitiebat um linguæ nigræ obſtinata ariditate. In pulſu tremores motusque onvulſivi cum exigua in urina nuecula obſervabantur. Propinavius cum tenui cibo permiſcendos ulveres, & enema ſequens hoc mae injecimus.

℞. *Corallor. rub. Corn. Cervi præparat. Terræ ſigillat. Margarit. præpat. an.* ℈ s. *m. f. pulv.*

℞. *Lact. chalyb.* ℔. j. *Adde ſucci plantagin.* ℥ iij. *Saccari rub.* ℥. iiij *Vitell. vor. num. ij.*

Clyſter.

13. Novo impetu miſero infiro dyſenteria inſultabat, quoniam

 ſæpe

ſæpe cum copioſo ſanguine alvus dejecerat, perſiſtente pulſu cum timendâ à medico debilitate, & delirio, ut antea, continuante, infirmo præſcripſimus electuarium quod in diarrhæa ordinavimus, ſimul enema adſtringens & conſolidans imperantes, & propinantes ſequentes bolos corroborantes.

℞. *Lact. chalybeat. & cum hord. & rad. conſol. maj. decoct.* ℔. j. *Adde ſucci plantagin.* ℥ iij. *Saccar. rub.* ℥ iiij. *Mucil. ſem. cydoneor. cum lact. extract.* ℥ iij.

f. clyſter.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ʒ s. *Corallor. rub. Cornu cerv. an.* ℈. j. *Lap. bezoard. gr.* XX.

Cum ſyr. de roſ. ſiccis q. ſ. miſ. & f. bol. capiat paroxiſante febre.

14. Inveniebam infirmum à copioſo & univerſali ſudore totaliter made-

madefactum, pulſumque obſervabam non ita frequentem cum pauciori alvi dejectione. Sola diæta electuarioque adſtringente antè cibum tota die ſuſtentavi.

15. In eodem ſtatu infirmum inveniens, nihil niſi quod ſupra cum emulſione ſomnifera poſt cœnam ordinavimus.

℞. *Sem. melon.* ℥ij. *Papav. alb.* ℥s. *Contunde, & cum aq. lactuc. borag. ſcorzon. an. q. ſ. miſc. & f. emulſio quæ manib. Chriſt. perlat. dulcoretur.*

16. Corpus nihil tota nocte expurgaverat, perſiſtebat tamen cum linguæ nigræ aſperitate delirium, ordinavi in febrili proxiſmo ſequentem juleppum.

℞. *Seri deſtill.* ℔ j. *Aq. borag. Scorzon. Acetoſ. an.* ℥ ij. *Syr. de limonib.* ℥ j. *m. f. Iulepp.*

17. Hac nocte magis fuerat quietus, & quamvis multum deliraret, nihilominus tamen per intervalla dormiverat. Propinavimus matutino tempore brodium.

Herbis Boragine Violis, Acetoſ. Lactuca, Rad. Scarzon. & margaritis ad ℈j. ſuccoque limonis alteratum.

18. Invenimus matutino tempore infirmum adhuc delirantem, qui tota nocte maximè fuerat inquietus, volens è lecto ſurgere, domo exire &c. inſuper in pulſu magna frequentia cum notabili debilitate, manuum tremore motibusque convulſivis continuabat. Hoc matutino tempore, cum corpus à duobus diebus nihil evacuaſſet, ſequens enema ordinavimus, quinque hirudines declinante paroxiſmo nocturno tempore hæmorrhoidalib9 venis applicãtes, poſt

quam

quam medici operationem cœnavit & aſſumpſit ſequentem bolum ſomniferum.

℞. *Flor. caſſ* ℥ j. *Mell. viol. ſol.* ℥ iij. *Saccar. rub.* ℥ iiii. *Cremor hord.* ℔ j.

f. clyſter. qui hoc mane ilicò inijciatur.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈ *j. Laudani opiat. gran. j.*

m. f. bol. poſt cœnam, ut dixi, aſſumendus.

19. Ceſſato ut plurimum poſt profundum ſomnum delirio, perſiſtebat linguæ cum dentium ſplendeſcente ſiccitate nigredo. Propinavi matutino tempore unciam ſemis pulpæ tamarindorum, &, febre paroxiſante, ebibebat ſequentem juleppum.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. *j. Aq. acetoſ. Hordei Boragin. Scorzon.* ℥ *ij. Aciditat. cit.* ℥ *j* s. *Spirit. vitriol. gut.* X. *m. f. Iulep.*

 20. Men-

20. Mente totaliter conſtans, incipiebat parum ſudare. Linguam inſpiciens, humidiorem rubicundioremque obſervans cum pulſu validiore, urinæ concoctione, tremoris motusque convulſivi ceſſatione &c. incœpi hilari vultu infirmum omnesque domeſticos conſolari, dicens naturam morbum ſuperaſſe. Ordinavi hoc matutino & etiam veſpertino tempore.

Brodium Acetoſa, Endivia, Borag ne, Violis, Lactuca, Scorzon. Succo limonis & Margarit. ad ℈ s. alteratum.

21. Copioſius ſudando per totam ferè noctem quietiſſimè dormiverat, ceſſatis abſolutè omnibus malignitatem indicantibus ſignis, ita ut febris non amplius maligna verum ſimpliciter putrida continuaret. Præmiſſo ſequen-

ſequente clyſtere ordinavi ſequens electivè purgans medicamentum.

℞. *Diacathol. Elect. lenitiv. Flor. caſſ. an.* ℥ s. *Mell. viol. ſolut.* ℥ iiij. *Cum brodio carnis q. ſ. f. clyſter.*

℞. *Flor. borag. Violar. an* ℥ j. *Prun. damaſc. Paſſular. min. an.* ℥. j. s. *Cremor. tart.* ℥. s. *Rhabarb.* ʒ iij. *Cinnam.* ʒ j

Coque in ſuff. aq. acetoſ. qte. & in fine decoction. adde. Fol. ſennæ mundif. ℥ ij. *Mannæ elect.* ℥. iiij. *f. pot. duabus doſibus, ſumendis alternis diebus. doſ.* ℥ vij. *die autem intermedio aſſumebat. brod alter.*

1. *Obſ.* Medicum in principio huius morbi pernitioſam conſiderans in uolacei caloris petechiis malignitatem, non ſolummodo cucurbitulas ſcarificatas applicando, verum & excellentibus ſudoriferis naturæ vo-

luiſſe in expulſione ilico ſuccurrere, quoniam in hac naturæ operatione maxima ſpes ſalutis infirmi conſiſtebat, ſuntque duæ operationes, ſi ſimul adhibeantur, in naturæ expellenti ſuccurrendo valdè efficaces.

2. *Obſ.* maculas petechiales violacei coloris eſſe longe illis quæ rubei ſunt, periculoſiores, quoniam à materia magis aduſta dependentes graviores morbos concomitantur. Sunt autem hiſce atrabiliariis temperamentis magis etiam, quam aliis naturis, propriæ.

3. *Obſ.* Temperamenta biliosa eſſe duplicia, alia quæ ſunt cum prædominio flavæ bilis, qualis ſunt illi macilenti qui oculos habent atroces cutemque aliquantulum flavam eamq; flavis pilis coopertam, & illi rectè dicuntur flavibiliarii; alia verò quæ ſunt cum prædominio bilis aduſtæ, qua-

quaiia temperamenta habent illa corpora nigra, quæ pilis nigris præcipuè in pectore brachiisque abundantia, oculos quoque nigros, & atroces obtinent, dicunturquè à medicis rectè magisque proprie atrabiliarii, quamvis ſint & illi qui illa corpora flava cum feroci viſione atrabiliaria audent nuncupare, ſed, ut dixi, non niſi improprie, quoniam illud nomen atrabiliarium non niſi corpori nigro &c. ut dixi, eſt conveniens.

4. *Obſ.* dyſenteriam poſſe cauſari à duplice bilioſo humore à flava ſcilicet bile, & à bile hac atra ſeu aduſta, quæ in caſu noſtro dyſenteriam cauſavit: eſt autem ilia quæ ab atra bile provenit longè altera, ut ait Hipp. periculoſior, quoniam hanc dicit lethalem, quod tamen non ita intelligendùm quod omnes illa laborantus, debeant mori, quia

hoc eſſet falſiſſimum, cum innumerabiles ab hac dyſenteria liberaverim, ſed eſt intelligendum hanc dyſenteriam eſſe lethalem, hoc eſt multos poſſe ab eadem mori: maxime tamen eſt à medico timenda, ubi in febre maligna ab aliis ſymptomatibus adhuc concomitata, eſt ſuperveniens, quoniam ſæpiſſime in illis verè eſt & præcipue in non atrabiliariis, lethaliſſima.

5. *Obſ.* Mundificata & bene abſterſa prima corporis regione, maxime in dyſenteria ſudorifera eſſe neceſſaria, quoniam inteſtinis ad ambitum & à corde malignitatem revellendo, ſunt febri & dyſenteriæ magnum remedium, ut dictum etiam eſt *cap. de diarrhæa.*

6. *Obſ.* Dyſenteriam quoque, eo modo quo diarrhæa, toto genere in maligna febre eſſe contra naturam,

adeo-

adeoque medicum debere hunc fluxum remediare, hoc eſt naturam debere corrigere in hac ſuperflua dejectione.

7. *Obſ.* Hirudines nos applicaſſe delirii gratia venis hæmorrhoidalibus morbo in vigore conſiſtente ceſſata dyſenteria, quoniam illæ in febribus melancholicis & ab atra bile provenientibus maximè ſunt omni morbi tempore ſalutiferæ, ſanguinem triſtem & aduſtum elicientes, è quo, vapores ad caput aſcendentes, deliria ſæviſſima producunt. Sunt autem hæ hirudines, ſi temperamentum humanum conſideremus, magis melancholicæ & atrabilariæ naturæ quam aliis temperamentis, proprium remedium.

8. *Obſ.* Spiritum vitrioli ad aperiendum & putredini malignitatique reſiſtendum magnum eſſe in maligna febre

febre remedium; omiſiſſe nos tamen in hoc noſtro caſu præſente dyſenteria, quoniam ſicuti, ubi catarrhus febrem concomitatur, non eſt conveniens, ita quoque dyſenteria præſente eſt omittendus, ulcere inteſtinorum eundem abſolutè prohibente.

9. *Obſ.* Infirmum per totum etiam hunc morbum tenui, qui inſorbitur, cibo fuiſſe cibatum. Nec refert hoſce ex decidentia acutos morbos ſæpe ad quadrageſimum imo & plus durare, adeoque cibum craſſiorem eſſe conſequenter offerendum, quoniam omni morbi tempore ſemper eſt offerendus qui inſorbitur, craſſior quidem morbo in principio, tenuior vero & frequentior in vigore, conſiſtente.

CAPUT

CAPVT VNDECIMVM.

MErcator ſaccari mediocriter carnoſus, flavus in facie aliquantulum colore, triſtisque viſionis, ætatis annorum circiter triginta, poſtquam per ſex dies à mitiori colore indies cum rigore & frigore exacerbante, copioſoque ſudore intermittente, eſſet correptus, tandem me advocavit ad morbi ſui curationem, qui ilicò infirmum interrogavi utrum hi febriles paroxiſmi cum magno capitis dolore, ſiti, oris amaritudine, vomitu &c. affligerent, utrum longi, totaliterque à ſudore intermitterent &c. quibus mihi reſpondit leve eſſe malum, neque cum tot ſymptomatibus, verum ſolo rigore exiguaque ſiti in ipſo rigore affligere, ipſumque à febre poſt ſudorem totaliter certò eſſe liberum, quoniam, paroxiſmo febris

febris finito, domo exibat, totamque urbem Venetam obambulabat, quod per ſex dies ita continuaverat, neque hic morbus tribus primis diebus, quibus viſitabam, naturam mutabat, quoniam indies cum rigore & frigore poroxiſans, ut plurimum, hoc eſt ad ſenſũ indies copioſo ſudore intermittebat, dico, quod ad ſenſum, ſeu, ut plurimum intermittebat, quoniam non ſolummodo immediate poſt ſudorem imò longè poſt eum, & jam quaſi ſecundo paroxiſmo inſtante, inveniebam validum pulſum leviter febricitantem, adeò ut unus paroxiſmus alteri ſubintraret, hoc eſt unus alteri ſe uniret; quod tamen infirmus difficulter credebat, adſerens, finito ſudore, ſe nullam amplius febrem ſentire. Sed quarto die viſitans, qui erat decimus morbi, manifeſte malignitatis ſigna hæc febris demonſtrabat,

bat, quoniam in pulſu malignitati propria debilitas, manuum tremor in vigore paroxiſmi cum linguæ flavæ aſperitate aderant, quo tempore negare non amplius potuit infirmus hanc febrem eſſe ſubintrantem & conſequenter continuam, etiamſi tamen in declinatione & tum copioſe ſudaret, verum & credidit, quod domeſticis & ei indicabam, ut nunc febrem noſtram evaſiſſe malignam, qualiter & fuit poſt paucos dies judicata à peritiſſimis urbis Venetæ medicis, qui ad huius, in vigore conſiſtentis, morbi curationem concurrebant, quo tamen in vigore ſemper cum rigore exiguoque frigore paroxiſans, remittebat copioſo ſudore more intermittentis, & ſic ſub forma levioris morbi miſerũ infirmum quaſi jugulabat, eodem modo quo homo ferè malignus, qui bonus ſeu benignus

gnus apparens, proximo injuriam affert. Hiſtoriam hujus morbi in prima conſultatione doctiſſimis viris enarrans, judicansque clariſſimum infirmum, bilioſi ut plurimum ex parte melancholici temperamenti, usque ad decimum excluſivè duplice tertiana ſubintrante ſimpliciter putrida laboraſſe, decimo vero ſolummodo ſuperveniſſe malignitatem & conſequenter decimum primum eſſe malignæ febris, quod obſervare medico non erat difficile, quoniam ab eo die principium, augmentum & cætera malignæ febris tempora manifeſtè euceſcebant, differentia inter me & doctiſſimos viros orta eſt, quoniam opinioni meæ diſſentientes, iudicabant infirmum à principio maligna febre laboraſſe, cuius opinionis falſitatem, febre, tempora ſua mutante, demonſtravi; ipſique

ipſique obſervarunt ex manifeſto morbi decurſu. In principio igitur cum hæc febris ſimpliciter putrida exiſteret, more putridarum fuit etiam eo tempore à me curata, præſcribens per os medicamenta lenitivè purgãtia &c. Verum cum naturam malignitatis decimo jam demonſtraret, modum curandi ilico etiam mutavi, & more duplicis tertianæ malignæ febris fuit tum à me curata, verum ut talis, cum in curatione ejusdem nihil ſingulare occurrat, lectorem remitto ad primum caput hujus tractatus, ubi largè hujus bilioſæ malignæ febris curationem deſcripſimus.

1. *Obſ.* hanc febrem duplicem tertianam ſubintrantem, quæ frequentiſſimè medico practicanti occurrit, propriam eſſe naturis bilioſis non ſolummodo, verum & mixtis ex bile

& me-

& melancholia prædominantibus, ſanguineis, temperatisque temperamentis.

2. *Obſ*. Medicum in prognoſticatione valdè debere eſſe oculatum, quoniam, ubi naturam malignitatis induit, non raro primis paroxiſmis malignæ febris iugulat, quod ante paucos menſes in alio mercatore Veneto obſervaſtis, qui hac febre duplice tertiana ſubintrante, cum rigore & frigore paroxiſante & copioſo ſudore ad ſenſum intermittente laborans, totamque urbem Venetam poſt proxiſmum obambulans, tandem ſexta die lecto decubuit, eademque febre ut tali usq; ad nonum laborans, tandem undecimo, febre naturam malignitatis participante, exſpiravit. Igitur in principio harum febrium oportet domeſticis indicare easdem poſſe in malignas & peri-

periculoſiſſimas transmutari, ne appareat, ſi infirmus in primis malignæ febris paroxiſmis moriatur, medicum naturam morbi non agnoviſſe, quoniam & ſic prognoſticando ex vili plebe nati aliquando doctiſſimos medicos audent de ignorantia accuſare, eſtote quapropter in prognoſticando hic oculati.

3. *Obſ.* Haſce febres primis diebus ſolummodo eſſe ſimpliciter putridas, & quidem ad ſenſum eſſe intermittentes, quamvis tamen exigua reſtante poſt ſudorem in pulſu febrili alteratione donec ſecundus paroxiſmus ſuperveniat, ſubintrantes rectè poſſint appellari, neque refert quod, paroxiſmo ſudore copioſo finito, infirmi è lecto ſurgant, plateasque obambulent nullam febrilem alterationem ſentientes, quoniam hoc indicium ipſum ſuperventuræ malignita-

tis, quæ ſe infirmo occultat donec prælij exquendi victoriam intuetur.

4. *Obſ.* Eſſe autem haſce febres ſimpliciter in principio putridas, ex eo obſervavi, quod propinando tum infirmis lenitivè per os purgantia, ut curatio ſimpliciter putridarum febrium expoſtulat, infirmi ab iis medicamentis in pejorem ſtatum non conjicerentur, neque majori anxietate, majori in pulſu frequentia & debilitate non afficerentur, quæ omnia tamen illis contingunt, ubi eadem medicamenta in maligna febre contra veram medendi methodum offeruntur. Ratio eſt in experientia fundata, quæ numquam fellit.

5. *Obſ.* Nos hucusq; hanc duplicē tertianam malignam febrem, tum eam quæ ex bile flava quam quæ ex bile magis aduſta oritur, curaſſe in adultis virilis ſexus, in ſequentibus

vero

vero hujus tractatus capitibus eandem in femineo ſexu, deinde in pueris proponemus, idque prout ab accidentibus huic ſexui & ætati propriis concomitatur.

CAPVT DVODMECIVM.

FIlia annorum quindecim in clariſſima ſeu candidiſſima facie aliquantulum rubea, mediocriter carnoſa &c. menſe Junij in febrem incidit continuam indies ſine frigore, ſed cum intenſo capitis dolore & ſiti exacerbantem. Pulſum obſervans, eundemque frequentem, parvum, debilem cum manuum tremore magnaque corporis inquietudine inveniens, judicavi honoratam iſtam filiam temperatam temperamento duplice tertiana maligna febre laborare. Quid autẽ eſſentialiter ſit hæc febris,

quæ

quæ ejus indicationes & curatio, ex primo cap. hujus tractatus manifeſtè patet. Sed antequam malignæ febris curationem ſecundum ſuas indicationes inchoarem, interrogabam eandem quid de menſtrua eſſet purgatione, quam cum poſt biduum vel quatriduũ expectaret, prim. die nolui niſi enema, primam corporis regionem abluens, præſcribere, quod ſecundo matutino tempore replicans, tertio tandem menſium naturalis expurgatio ſupervenit. Quem menſium fluxum conſiderans, obſervansque non ſolummodo aliorum menſium fluxioni eſſe modo &c. correſpondentem, verum & quantitate ſuperare, & propterea febrem potius diminui quam ſua tempora naturaliter percurrendo, augeri, abſtinui ab omni medica operatione, fuique ſolus naturæ operantis ſpectator, non

igno-

gnorans naturam hiſce operationi-
bus multas febres non ſolummodo
nitigare, verum & ex toto ſuperare.
gitur per quinque dies, quibus men-
trua fluebant, eandem ſolo cibo
o cibo morbo proportionato ſuſten-
avi, ſolaque alterantia, diuretica ta-
men virtute prædita, ordinavi, qua-
ropter in paroxiſmi vigore bonum
auſtum ſequentis juleppi indies ebi-
ebat.

℞. *Aq. ſtillat. hordei, ſeri deſtillat. an.* ℔. s. *Capill. vener.* ℥ iij. *Syr. ejusdem* ℥ j. s. *m. f. Iulep.*

Brodiaque cum Capill. vener. Endivia, Hordeo, Sem. melon. Cicerib. rub.

Similibusque refrigerantibus diureticis decocta, indies matutino tempore ante cibum aſſumebat. Sed

8. Die morbi, cum ceſſata menſium naturali purgatione, febris, mitior tamen, continuaret, incepi indicationibus febris jam in augmento exiſtentis, obedire: quæ cum hoc morbi tempore imperarent febrem alterare, malignitati & putredini, vaſorum obſtructiones aperiendo, reſiſtere, vireſque infirmæ corroborare &c. Præſcripſi ad primarum viarum expurgationem matutino tempore ſequens enema, ut cæteris indicationibus melius deinceps poſſem obedire: verſpertino verò paroxiſante febre, ebibebat ſequentem juleppum.

℞. *Flor. Caſſ.* ℥ j. *Diacathol.* ℥. s. *Mell. viol. ſolut.* ℥. iiij. *Cum brodio carnis q. ſ. m. & f. clyſter.*

℞. *Ser. deſtill.* ℔. *j. Aq. cord. Saxon.* ℥ ij. *Syr. de limonib.* ℥ j. *Spir. vitriol. gut.* vj. *Marg. præpt.* ℈. s. *m. f. Iulep.*

9. Ob-

9. Obſervans nulla ſymptomata in hac febre ſupervenire, incœpi hilari viſu infirmam conſolari, nihilque niſi cibum, cum ſequente emulſione ordinavi.

℞. *Sem. 4. frig. major. an.* ʒ ij. *Papav. alb.* ʒ ij. *Amygd. dulc.* ℥ ij.
Contunde, & cum aq. boragin. violar. an. q. ſ. f. emulſio, quæ cum ſaccaro perlato q. ſ. dulcoretur, cui adde marg. præp. ℈. s.

10. Cum alvus non dejiceret, manè ordinabam ſequens enema, tempore vero veſpertino, hoc eſt ſub principio undecimæ corpus madore perfuſum obſervans, præſcribebam ſudoriferam potionem.

℞. *Brodij carnis q. ſ. diſſol. Flor. caſſ.* ℥ j. *Mell. viol. ſolut.* ℥ ij. *Ol. viol.* ℥. iiij.
F. clyſter.

℞. *Aq. cord. Saxon.* ℥ iij. *Seri de-*
ſtillat. ℔ s. *Lap. bezoard. gr.* XX.
Syr. de limonib. . ℥ j. s.
m. f. Iulep.

11. Poſt copioſum ſudorem, honeſtamque alvi à clyſtere dejectionem, bene infirma noſtra dormiverat, in lingua ceſſata, quæ prius erat, ariditate, pulſumque, quamvis frequentem, habebat tamen validiorem, urinam inſpiciens, nubesque craſſas & unitas fundum matulæ attingentes (quæ materiæ concoctæ manifeſta ſigna) obſervans, domeſticis prognoſticavi non ſolummodo infirmæ ſalutem, ſed & morbum brevi terminaturum. Continuavi humorem morbi in ſua malignitate & putredine attemperare, ad quem finem à me ſunt ordinata brodia.

Boragine, Violis, Endiv. Cichoreoque.

Alte-

Alterata, atque etiam præſcripſi exacerbante febre Julep.

℞. *Aq. ſtillat. hord. borag. Violar. an.* ℥ iij. *Syrup. de limonib.* ℥ j. *Spirit. vitriol gutt.* vj.

m. f. Iulep. cui adde julep. de gemm. ℥ s.

12. Quia corpus non evacuabat fuit injectum ſequens enema.

℞. *Brodij cum emoll. et ref. herb. decoct.* ℔. j. *Diſſolv. mell. viol. ſolutiv.* ℥ iij. *Flor. caſſ.* ℥. j. *Ol. violar.* ℥. iij. *f. clyſter.*

13. Iterum incœpit ſudare, ac ita uſque ad vigeſimum continuans, ſanitatem eſt adepta, quo medicamentum ex infuſione rhabarbari &c. præſcribens, valedixi, de ſanitate recuperata congratulando.

1. *Obſ.* Medicum dum ad curationem puellarum advocatur, non ſtatim debere ad remedia confugere

ubi morbi eſſentiam ſuasque indications cognoverit, quoniam fieri poteſt, quod hæc prohibeantur, uti videre eſt in noſtro caſu, ubi ſanguinem in principio morbi non emiſimus, quamvis cauſa morbi indicaret, quia tempus inſtabat quo natura menſtrua expurgare ſolebat.

2. *Obſ.* Ubi menſtrua purgatio febrem malignam concomitatur, medicum bene debere obſervare; utrum illa ſanguinis expurgatio ſufficiat ad morbi curationem, quoniam ſi illo naturali menſtruo fluxu febris non remittatur, ſanguis eſt ratione febris & quidem è loco quem febris imperat, evacuandus, ceſſata tamen menſtrua purgatione; quod, quamvis in noſtro caſu propter mitiorem febrē fuerit omiſſum, nihilominus tamen ſæpe à medicis præſcribitur, ubi, ceſſata menſium naturali purgatione, intenſa

tenſa & valde periculoſa febris cum virium robore ſanguinis miſſionem permittente,perſeverat.

3. *Obſ.* Ubi fluunt menſtrua, medicum debere abſtinere ab omnibus illis remediis, quæ naturam poſſunt in illa operatione perturbare, quapropter menſibus fluentibus nos ſola alterantia,ſed quæ erant ſimul diuretica,propinavimus,omittentes ſudorifera, aliaque malignæ febris generoſa remedia.

4. *Obſ.* Menſtruam purgationem, ubi febri ſupervenit,non ſolummodo eſſe cum conferentia & febris remiſſione,uti in caſu noſtro,verum & frequenter cum ipſiꝰ malignæ febris totali exſtirpatione. Quod in muliere, maligna hac febre laborante, cui menſes à quarto die per totum morbũ fluentes, & decimo quarto copioſo ſuperveniente ſudore, & ita con-

valeſcente, adhuc hodiè mecum obſervaſtis. Quapropter ubi natura haſce operationes in febribus malignis inſtituit, benè medicus obſervare debet; utrum ſint cum conferentia, hoc eſt febris mitigatione, quoniam ſi ita, & natura per ſe morbum vincat, medicus nihil operari debet, & ſic magnæ ſcientiæ virum, nihil operando, ſe demonſtrabit.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

EOdem menſe Junij ad aliam vocabar domicellam annorum circiter viginti, quæ carnoſa & in facie rubicunda, incidit in calorem indies cum magno capitis dolore, ſiti, oris amaritudine corporisque inquietudine exacerbantem. Eandem, quid de menſtrua eſſet purgatione, interrogavi,

rogavi, quæ, erubeſcente facie reſpondens quod ut nunc, ſed parce fluerent, judicavi domicellam noſtram ſanguineam temperamento duplice tertiana maligna febre cum diminuta menſium purgatione laborare, quæ tamen febris primarius exiſtens morbus, nullam habebat eſſentialiter cum menſtruis diminutis dependentiam; quapropter menſtrua cum eſſent diminuta debebant à medico uberius provocari, non omiſſis quæ in hac maligna febre adſunt, indicationibus, de quibus nihil hoc capite. Sed conſideratis hujus malignæ febris cum imminutæ menſtruæ purgationis indicationibus, quod in hoc gravi, & periculoſo morbo primo tentandum? Primo eſt exequendum, quod ab imminuta menſtrua purgatione, cum morbum adaugeat, indicatur. Quapropter prima hac viſita-

tione ſanguinem ilicò niſi ad octo uncias, non quidem è brachio dextro, uti ab humore morbi indicatur, ſed è talo dextri pedis, ita imminuta menſtrua expurgatione expoſtulante. Sed

2. Die, qui quartus erat morbi, ad infirmam rediens, eamque obſervans in facie inflammatam, à dolore lumborum, cum aliis imminutæ purgationis ſignis, afflictam, colligensque ex pulſu febrem propter hanc imminutam purgationem ad oculum adaugeri, iterum imperavi, ut ex altero pedis talo ſanguis ad decem uncias evacuaretur, atq; ut uberius menſtrua in poſterum fluerent, etiam fortes ligaturas femorum veſpertino tempore per totam noctem imperavi.

5. Die menſtrua in majori quantitate profluentia, & propterea à multis anxietatibus & ab omnibus ab imminuta

minuta purgatione dependentibus ſymptomatibus libera noſtra infirma, mitiori febre, continuante tamen in putredine & malignitate, ægrotabat. Corpus cum indies excrementa dejiceret, nihil volui tentare, ſolum paroxiſmo exacerbante, ſubſequentes aquas ſtillatitias propinavi.

℞. *Aq. ſtillat. hordei, Capill. vener. Endiv. an.* ℥iij. *Seri deſtillat. caprini* ℔. s.

m. f. pot.

6. Parum menſtrua fluebant, febre ordinario modo absque jam dictis ſymptomatibus tamen tempora ſua percurrente, corpusque nihil dejiciens, ordinavi clyſterem pro matutino tempore, & in febrili paroxiſmo ſequentem juleppum.

℞. *Diacathol.* ℥ s. *Flor. caſſ.* ℥. j. *Mell. viol. ſol.* ℥iij. *m. f. clyſter cum brodio carnis q. ſ.*

℞. *Aq.ſtillat. hord. Seri deſtillat. caprin. an.* ℔ s. *Syr.capill. vener.* ℥ j. s. *m.f. julep.*

7. Parum adhuc fluebant menſes, nihilque fuit ordinatum, ſolum brodia cum

Endivia, Capill.vener.Hordeo, Cicer. rub. Decocta matutino tēpore ebibebat.

8. Ex toto menſtrua ceſſaverant, febre magna cum parvo & frequenti pulſu adhuc continuante. Judicavi abſentibus univerſaliter imminutæ purgationis ſignis, febrem conſiſtentem in augmento ita magnum morbum propter humoris morbifici in venis copiam perſiſtere, & conſequenter eundem venæ ſectione majori ex parte eſſe evacuandum, prout eſt primaria, quæ ab humore febrili in maligna febre deſumitur, indicatio, quapropter vires conſiderans infirmæ noſtræ jam in augmento morbi de-

bi debilitatas, ſolummodo juſſi ſalvatellam dextræ manus aperire, è qua ſanguinem ad 5. uncias extraxerunt, ſimul præſcribens, paroxiſante febre, ſequentem juleppum.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. j. *Spirit. vitriol. gutt.* X. *Syr. de limonib.* ℥ j. *Acidit. cit.* ℥ s. *Aq. cord. Saxon.* ℥ iij. *m. f. julep.*

9. Miſera infirma valde erat inquieta, totaque nocte propter longiorem febris paroxiſmum per intervalla delirando, vigilaverat. Corpus, cum nihil evacuaret, præſcripſi ſequens enema matutino tempore, veſpertino vero ſumebat bolos cordiales, & nocturno poſt tenuem ex cremore hordei, ſucco inſtaurante permixto, cœnam ebibebat ſomniferam emulſionem.

℞. *Decoct. emoll. & ref. pro clyſtere* ℔ j. *diſſolv. Flor. caſſ.* ℥ j. *Diacathol.*

cathol. ℥ s. *Mell. viol. ſolut.* ℥ iij. *Ol. violar.* ʒ iiij. *m. f. clyſter.*

℞. *Confect. alkermes, Hiacinthin. ſ. moſ. an.* ℈. j. *Marg. præpar.* ℈. s. *Lapid. bezoard. gran.* XV. *m. cum Iulepp. de gemm. q. ſ. ut f. bol.*

℞. *Sem. melon.* ℥. ÿ. *Papav. alb.* ʒ. iiij *Amigd. dulc.* ℥. j. s. *Contunde, & cum aq. cord. Saxon, violar. an. q. ſ. miſce fiatque emulſio, quæ manib. Chriſt. perlat. dulcoretur.*

10. Poſt corporis honeſtam deiectionem multum, parumper ſudando, dormiverat infirma, mihiq; cum majori corporis quietudine ad interrogata reſpondens, luctuosè gemebat. Pulſum indagans, obſervavi non ita frequentem, & validiorem; benè propterea de ſalute infirmæ ſperans, eandē conſolatus ſum prognoſticando morbum brevi & cum ſalute ejus-

dem

dem terminaturum, quod majori cũ audacia affirmabam copioſam in urina obſervans materiæ morbificæ concoctionem. Ordinavi cum tenui cibo ſucco inſtaurante & margaritis permixto ſequentem, paroxiſante febre, potionem.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. *j. Iulep. acetoſ.* ℥ *ij. Spirit. vitriol. gut.* X. *Aq. cord. Saxon.* ℥ *iij. Confect. alker. ſ. moſ.* ℈ *j. Iulep. de gemm.* ℥. s.

m. f. Iulep.

11. Corpore nihil evacuante, fuit iniectum enema, & poſt cœnam nocturno tempore ebibebat ſequentem emulſionem.

℞. *Lact.* ℔ *j. diſſol. flor. caſſiæ* ℥. *j. Saccari rub.* ℥. *iiij. Ol. Viol.* ℥. *iiij.*

f. clyſter.

℞. *Sem. 4. frigid. maj. an.* ʒ. *ij Papav. alb.* ʒ *iij.*

Con-

Contunde, & cum aq. lact. q. ſ. m. fiatque emulſio cui adde marg. ℈. j. *julep. de gemm.* ℥ j.

12. 13. Tenuiorem cibum ſed inſtaurantem & cordialibus ſeu corroborantibus alexipharmacis permixtum, frequentius obtulimus.

14. Cum non expurgaſſet alvus, enema commune fuit injectum matutino tempore, veſpertino vero ebibit.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. j. *Spirit. vitriol. gut.* X.

A quo multum ſudans, & ita per plures dies continuans, tandem 20. ſanitatem eſt ex toto adepta. Quo potionem purgantem electivè præſcribens, valedixi.

℞. *Rhabarb.* ʒ ij. *Cremor. tart.* ℥ s. *Cinnamom.* ℈ ij. *Pul. per noctem infunde in aq. borag. q. ſ. colatura ad-*

ra adde manna elect. ℥ iij. *f. pot. clarificata.*

1. *Obſ.* Quamvis primaria in maligna febre, & à cauſa morbi deſumpta, indicatio imperaverit è vena brachii dextri ſanguinis in principio morbi emiſſionem, nihilominus tamen eo morbi tempore nos ex inferioribus partibus pede ſcilicet, extraxiſſe: quoniam, quod morbum adauget, primo eſt auferendũ, & illo ablato, ſi morbus pertinaciter perſeveret, tum & morbo ſe debet, generoſa remedia præſcribendo, medicus opponere.

2. *Obſ.* Febrem, exiſtente primaria & eſſentialiter à cauſa febrili in venis dependente, ſanguinis miſſionibus è talo non fuiſſe totaliter exſtirpatam, quod tamen in febribus ſymptomaticis non rarò videmus, quapropter, ubi febris cum imminuta purgatione con-

conjungitur, benè eſt conſiderandũ utrum ab illa totaliter & eſſentialiter dependeat, utrum vero ſolummodo augmentetur ſeu foveatur, quoniam hæc omnia benè præſcienda ut medicus rectè poſſit unicuique febri appropriata remedia applicare, quoniã una, ut ſymptomaticus, altera verò ut primarius morbus, de quo nos hoc capite, curanda.

3. *Obſ.* In augmento malignæ febris ſanguinem nos è ſuperioribus partibus ratione febris emiſiſſe, conſiderantes morbi ob copioſum morbificum humorem magnitudinem; extraxiſſe nos autem è ſalvatella ad minorem virium infirmæ noſtræ dejectionem, morbo præcipuè in augmento conſiſtete.

4. *Obſ.* An vena è talo ſit aperienda, ubi hæc imminuta purgatio cũ febre conjungitur maligna petechiali, quali labo-

laborabat hiſce diebus famula mea, quæ prolibus inſervit? Reſpondemus: quod, ſicuti petechialibus maculis per cutem diſperſis ſemper eſt periculoſum brachiorum venas aperire, quia ad interiora viſcera malignitas petechialis non ſine evidenti patientis damno retrahitur, ita quoque non eſſe ſecurum remedium venas tali aperire: quoniam etiamſi humores ad ſuperiores partes fluentes revellit, nihilominus tamen & petechialem malignitatem ab ambitu corporis ad cor retrahendo plus damni affert quã utilitatis, uti quotidiana demonſtrat experientia: quapropter iſto in caſu cucurbitulas ſcarificatas natibus & femoribus applicatas ordinavimus, quibus in ea quantitate ſanguinem emiſimus quam morbus ad ſui curationem expoſtulabat, ſimulq; naturæ menſtrua imminutè pur-

purganti & malignitatem ad ambitum expellenti opem attulimus. Hæc benè obſervate, quoniam in praxi non raró hoſce caſus videbitis.

5. *Obſ.* Nequenon minus raró habebitis virgines mulieresque hac febre maligna laborantes, quæ ab uterinis paſſionibus, ſyncope, leipothymia, ſuffocationibus &c. ob imminutam purgationem aut ſeminis retentionem, concomitatur, in qua ita concomitata maligna febre ſanguinem ex inferioribus partibus pede ſcilicet emittimus, ipſaque veſicantia, ſynapiſmos &c. femoribus aut cruribus applicamus, ut quod morbum adauget primo auferamus. Quod hiſce diebus in matrona Genuenſi cum Gallo mercatore in hac urbe Veneta maritata felici cum ſucceſſu obſervaſtis.

6. *Obſ.* Cordialia alexipharmaca mulie-

mulieribus, hoc eſt, fœmineo ſexui non eſſe præſcribenda in quibus odorifera, ambra, moſchum &c. ingrediuntur, quoniam non raro ab horum uſu periculoſiſſimos uterinos affectus ſupervenire in parxi obſervamus: aliquid tamen hic conſuetudini concedendũ, quoniam magnatibus, hiſce odoriferis adſuetis, ſæpiſſimè non ſolummodo ſine damno, verum manifeſtis conferentiæ ſignis ordinavimus.

7. *Obſ.* Quæret curioſus quid faciendum de ſanguinis miſſione in principio morbi, ubi hæc maligna febris conjungitur cum totali menſium obſtructione? reſpondemus eſſe cõſiderandum utrum hæc menſium obſtructio ſit recens, an verò inveterata: quæ ſi eſt recens, quod ſymptomata febri conjuncta demonſtrant, ſanguis eſt primo è talo mittendus, ſi

vero

vero ſit antiqua, è partibus ſuperioribus ratione febris emittitur.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

MEnſe Julio domicella nobilis octodecim annorum, carnoſa & naturaliter in facie rubicunda, hilaris &c. poſtquã per octo dies menſes copiosè eædem fluerent, incidit in calorem primo die cum rigore, aliis vero diebus cum magna ſiti, capitis dolore, inquietudine, vomitu flavæ bilis, oris amaritudine &c. exacerbantem. Me advocavit, qui debilem pulſum cum manuum tremore obſervans, naturamque morbi dignoſcens, antequam remedia præſcriberem, quid de menſium eſſet purgatione, interrogavi, quæ cum reſponderet quod longè copioſius, quam naturaliter ſolebant, jam per octo dies ante febris principium fluerent, maxime

ximeque à copioſo iſto fluxu debilitaretur, judicavi hanc domicellam noſtram ſanguineam temperamento duplice tertiana continua maligna à menſium ſuperflua purgatione concomitata laborare: eſt autem hæc febris &c. ut dictum: (*a*) ſuperflua autem menſium expurgatio, eſt ſanguinis menſtrui in nimia quantitate, cum qua vires dejicit, morboſus effluxus.

Quod cauſa hujus malignæ febris in morbi principio, primis viis clyſteribus abſterſis, majoris partis per ſanguinis è brachio miſſionem evacutionē indicet, in augmento vero à corde per ſudorifera revulſionem &c. expoſtulet, dictum eſt aliquoties: qua propter hic (*b*) indicationes malignæ febris cuiuscunque temporis omittens, ſolummodo adjungo paucis ſangui-

(a) Eſſent & cauſa morb, & ſympt. (b) Indicat.

guinem qui ad uterum violenter cō-fluit, eſſe revellendum non ſolummodo, verum in ſua qualitate nociva, hoc eſt extranea caliditate, &c. attemperandum, uterum deinde eſſe corroborandum ne propter debilitatē facilius affluenti humori tranſitum præbeat. Sed antequam hiſce indicationibus inſervirem, à domeſticis interrogatus, utrum periculosè ægrotaret, indicavi (*b*) omnes continuas febres eſſe periculoſas, magis tamen quæ malignitate peccant, & inter illas adhuc magis (*c*) quæ periculoſa ſymptomata coniuncta habent; quapropter hanc febrem, cum ſuperfluam menſium purgationem, quæ etiam vires infirmæ cum malignitate febrili deiicit, adiunctam habeat, non ſine magno vitæ periculo infirmæ move-

(a) Indicat. (b) Prog. (c) Hip. ſect. 4. aph. 43.

moveri. Eſſe tamen propterea non ita timendum, quoniam ad hoc medicina à primo creatore ordinata ut ſimiles infirmæ periculosè ægrotantes, ſanitati reſtituantur, neque eſſe (*d*) ob magnitudinem morbi ſtatim deſperandum, quoniam, ut capite primo diximus non datur certa de ſalute aut morte infirmæ in acutis morbis prognoſticatio. (*e*) Quapropter primo die, qui tertius erat febris prima hac viſitatione ilicò hoc manè ordinavi è brachio dextro ſanguinis ad octo uncias emiſſionem, die verò hoc eſt,

4 Iterum ſanguinis miſſionem ad ſex uncias, ſed ex ſalvatella dextræ manus imperavi, inquam ex ſalvatella, quoniam copiosè cum magna virium debilitate menſes profluebant. Præſcribebam inſuper pro ordinario

I potu

(d.) Hip. ſect 2. aph, 19. (e) Remedia.

potu delicatum juleppum adſtringentem, atque etiam ad attemperandum ſubſequentem placentulam.

℞. *Aq. acetoſ.* ℔. X. *Syr. corall. rub.* ℥iij. *Gelatin. corn. cerv.* ℥. s.

m. f. Iulepp.

℞. *Pulpæ tamarind.* ʒ. vj *Corn. cerv. ppat. Corallor. rub. an.* ℈ s. *Sem. acetoſ. Portulac. an.* ℈ s.

m. f. auro cooperta placentula.

5. Cum æque copiosè menſes profluerent, animique deliquium infirmæ superveniret, febre creſcente non ſolummodo in putredine ſed etiam malignitate, quod pulſus parvi, frequentes, debiles cum infirmæ inquietudine manifeſtè demonſtrabant. Primo ordinavimus magni Hippocrat. remedium, cucurbitulam ſcilicet magnam mammis appoſitam. Inſuper ſudoriferos & adſtringentes bolos cum ſomnifera poſt cœnam emulſione. ℞. *Dia-*

℞. *Diaſcord. Fracaſtor. ʒ iij Lapid. Bezoard. gr. XX. Corallor. rub. Bol. armen. Terræ ſigill. Corn. cerv. uſt. & præpar. Lapid. Hæmatit. an. ℈ s. Marg. præpar. gr. iiij. Confect. alkerm. ſ. moſ. ℈ j.*

Cum ſyr. corallor. rub. q. ſ. m. & f. bol. quos in principio declinationis paroxiſmi aſſumat.

℞. *Sem. lactuc. Hioſciam. an.* ℈ j. *Papav. alb.* ʒ. iij. *Amig. dulc.* ℥ ij. *Contunde, & cũ Aq. plantagin. Tormentill. an. q. ſ. f. Emulſio, cui adde ſyrup. corall. rub.* ℥ j. s. *Magiſt. corallor.* ℈ s.

6. Infirma nocte tranſacta dormiverat, multumq; ſudaverat ſanguine quaſi nullo per totam noctem ex utero effluente: ſed matutino tempore cum alvus excrementa expurgaret, ſimul à copioſo grumoſo ſanguine non ſine parvo animi deliquio

liberata eſt ilicò,replicavi magnum Hippoc. in ſiſtendo menſtrua remedium, & applicui iterum mammis magnam cucurbitulam hoc matutino tempore ſimul præſcribens pulverem, electuariumque adſtringens ante cibum quotidie ſumendum.

℞. *Marg. præpar. Lapid. bezoard. Corall. Rub. Hæmatit. Corn. cerv. Terræ ſigillat. an.* ℈. s.

m. f. pulv. hoc mane aſſumendus.

℞. *Conſer. Cydon. Pulpæ tamarind. an.* ℥ j. *Radic. conſolid. Biſtortæ. Tormentil. an.* ℈ ij. *Herb. hepat. aur. Burſæ paſtor. Millefolij. Equiſ. an.* ℈ ij. *Corn. Cerv. præpar. Corallor. rub. Bol. armen. Terræ ſigillat. an.* ʒ s. *Eſſent. croc. mart.* ℈ s.

Pulv. miſc. cum ſyr. corall. cydon. an. q. ſ. & liquidum quaſi fiat electuarium, cui adde Confecti

alkerm.

alkerm. ſ. moſ. ʒ ij. *doſis ante cibum quantitas nucis moſcatæ.*

7. Alvus non correſpondebat neque menſtrua etiam tam copiosè fluebant, ſed febris cum magna infirmæ anxietate, frequenti & debili pulſu difficilique reſpiratione tempus augmēti percurrebat. Ordinavi enema pro matutino tempore, pro veſpertino autem paroxiſante febre præſcribebam ſequentem ſudoriferam potionem: aſſumebat autem quotidiè infirma ante cibum præſcripti electuarii ordinatam doſim.

℞. *Lact.* ℔. *j.* *Saccari rub.* ℥ *iiij.* *Ol. viol. Roſar. an.* ℥ *ij.*
m. f. clyſter.

℞. *Tormentil. Biſtort. Cord. Saxon. an.* ℥ *iij. Gelatin. corn. cerv.* ℥ *j. Lapid. bezoard. gran.* XX. *Marg. præpar.* ℈ s. *Syr. corall. Iulep. de gemm. an.* ℥ s. *m. f. Iulep.*

I 3 8. Tri-

8. Triſtia nova medico adferebant, deliraverat nimirum per totam noctem miſera infirma, menſesque iterum copiosè fluebant. Quamvis à medicamento ſudorifero honeſtè ſudaret. Imperavi ut cum tenui & inſtaurante cibo in electuario & pulvere adſtringente cõtinuaret, bolumq; ſubſequentem ſomniferum & menſtrua ſiſtentẽ poſt cœnam aſſumeret.

℞. *Confect. alkermes.* ℈ ij. *Troch. de terra ſigillat.* ℈ j. *Eſſent. croci mart.* gr. vj. *Tinct. corall.* ℈ j. *Laud. opiat.* gr. ij. *Rob. de rib. q. ſ. ut f. bol. Num.* ij. *auro cooperti.*

9. Multum infirma dormiverat, neq; tam copiosè ſanguis menſtruus profluebat, intenſa tamen febre cum frequenti pulſu, difficili reſpiratione flavæq; linguæ ſiccitate continuante. Ante cibũ electuarii ordinati doſim aſſumebat paroxiſante autẽ febre ebibebat ſequentem juleppũ. ℞. *Aq.*

℞. *Aq. acetoſ. Portulac. Lactuc. an.* ℥. iiij. *Plantag.* ℥ ij. *Syr. corall. rub.* ℥ j. s.

Rob. de berb. q. ſ. ad gratam aciditatem. m. f. Iulep.

10. Tota nocte cum magna corporis inquietudine infirma vigilaverat per intervalla delirando febrisque hoc tempus cum magna ſiti infirmæ percurrebat. Paroxiſante febre propinavimus juleppum & poſt tenuem cœnam ebibit ſequentē emulſionē.

℞. *Aq. plantagin. Tormentill. Acetoſ. an.* ℥. iiij. *Gelatin. de rib.* ℥ j s *De cornu cerv.* ℥ s. *Tinct. corall.* ʒ j. *m. f. julep.*

℞. *Sem. 4. frig. maj. an.* ʒ. ij. *Papav. alb.* ʒ. iiij. *Lactuc.* ʒ j. *Lactuc.* ʒ. j. *Amigd. dulc.* ℥ ij. *Contunde, & cum Aq. lactuc. Portulac. Plantag. Cord. Saxon.* ℥. ij.

f. emulſio, cui adde Magiſtr. corall. rub. ℈ s. *Perlar. gr.* iiij.

Manus Chriſti perlat. q. ſ. ad gratam dulcedinem.

11. Per totam noctem nihil omnino ferè ſanguinis menſtrui natura evacuaverat, multumque honoratiſſima infirma nihil delirando dormiverat: linguam inſpiciens rubram naturali quaſi humiditate præditam, pulſumq; altum & temperamentum obſervans, domeſticisque hæc omnia bona ſigna demonſtrans, volui ut mecum de ſalute infirmæ optimè ſperarent: quapropter hodie nihil omninò niſi alterata brodio infirmæ noſtræ cum tenui cibo cordiali & adſtringente ſuo pulvere permixto ordinavimus.

12. In hunc meliorem ſtatum deducta infirma noſtra incœpit ſudare, qui copiosè decimotertio, copioſius tamen decimo quarto cæterisq; diebus profluens, tandem infirmam noſtram

ſtram ex toto ſanitati reſtituit. Præſcripſi ſequentem potionem, electivè purgantem, de recuperata ſanitate congratulans, vale dixi.

℞. *Rhabarb.* ʒ. *ij. Mirobalan. cit.* ʒ *j. Fol. ſen. mundiſ.* ʒ *ij. Cremor. tart.* ʒ *s. Pulv. macerentur per noctem ſup. cineres calidis in ſuff. aquæ acetoſ. quant. colaturæ.*

℞. ℥. *iiij. in quibus diſſolve* M*annæ electæ* ℥ *iij. f. pot. clar.*

1. *Obſ.* Venæ ſectionem in principio morbi hic maxime fuiſſe neceſſariam, quia non ab uno ſolo, ſed duobus indicabatur, quoniam, ut dixi, humor febrilis in principio morbi eam ad ſui evacuationem deſiderabat, eandem ſimul ad ſui revulſionem expoſtulante ſanguine ad uterum cum impetu confluente.

2. *Obſ.* Sanguinis miſſionem fuiſſe

ſequenti die replicatam, quia repetitis vicibus melior fit revulſio.

3. *Obſ.* Cucurbitulam magnam mammis apponere eſſe magnum, ut ſanguis ad ſuperiores partes revocetur, remedium. Quod quotidie cum Hipp. in praxi obſervavimus.

4. *Obſ.* Medicum debere eſſe valde diligentẽ ut ſuperfluam illam menſtruam curet purgationem quoniam ab illa propter cum ſanguine ſpirituum vitalium effluxum maxime infirmæ debilitantur, citiusque à maligna febre, ipſa continuante, jugulantur.

5. *Obſ.* Quapropter laudanum opiatum cum ſanguinem ſiſtentibus nos ilicò non ſine magno fructu obtulimus non timentes infirmæ, ut multi faciunt medici, debilitatem. Igitur laudanum opiatum, in menſtrua ſuperflua ſiſtendo, magnum eſt remedium, & ubi hæc purgatio cum ma-

maligna febre à deliriis vigiliisque concomitata conjungitur, nullum eſt præſtantius, quod conſideranti quã multis iſto in caſu indicationibus ſatisfaciat, nimis eſt quã manifeſtum.

6. *Obſ.* Electuarium adſtringens quod in hac curatione ordinavimus, & in quo per plures dies infirma continuavit, in ſanguinem ſiſtendo non ſolummodo eſſe miraculoſum, verum & malignæ febri, cum multa alexipharmaca contineat, ſingulariter prodeſſe.

7. *Obſ.* Sudorifera in hac maligna febre nos propinaſſe non ſolummodo quia ab humore febrili maligno indicabantur, verũ quia ſanguinem ſeroſum ad uterum confluentẽ ſiſtunt, expellendo nimirum per ſudorem quod ſanguini fluenti acrimoniã, caliditatem, tenuitatem, motumque contribuit. Igitur ſicuti in alvi fluxi-

bus, ſudorifera magnum ſunt remedium, ita quoque in muliebri fluxu infirmæ non ſine magna utilitate propinantur.

CAPVT DECIMVM. QVINTVM.

MAtrona annorum triginta, mediocriter carnoſa, oculos habēs nigros & atroces voceque virili magis quam fœminea prædita, jamque in 4. menſe gravida, incidit amariſſimum humorem viridem evomendo, menſe Julio in calorem valde urentem, qui indies exacerbans cum magna corporis inquietudine, miſeram infirmam cum magna nigræ linguæ ſiccitate, capitis dolore affligebat.

Quia ſe gravidam ſciebat, non audebat medicum in principio ſtatim advocare, tertio tamen die propter magni-

magnitudinem morbi eſt coacta, & me advocavit ad curationem, qui in pulſu obſervans præter debilitatem tremores & convulſivos motus, judicavi matronam noſtram atrabiliariam temperamento maligna febre duplice tertiana laborare. (*a*) Quid autem ſit eſſentialiter hæc febris, quæ ſint ejusdem cauſæ, (*b*) indicationes &c. patet ex dictis: quibus tamen omnibus à me conſideratis, volens curam jam inchoare & remedia præſcribere, obſervavi ulterius me hanc febrem habere in atrabiliaria, jam in quarto menſe gravida, curandam, & tunc curationem inchoavi afferendo pro (*c*) prognoſtico Hipp. aphoriſmum. (*d*) *Mulierem gravidam morbo acuto corripi lethale &c.* Primo igitur, hoc eſt tertio die morbi, ilico (*e*) ſan-

(a) Eſſentia & cauſa (b) Indicat.
(c) Progno. (d) Hip. ſec. 5. aph. 3.
(e) Remedia.

ſanguinis miſſionem ex brachio dextro ad octo uncias ordinavi, & enema minoris quantitatis propter gravidationem commune ilico poſt ſanguinis miſſionem injiciebatur.

℞. *Lact.* ℥. vj. *Fl. caſſ.* ℥. j. *Saccari Rub.* ℥. iiij. *m. f. enema.*

4. Quamvis ab enemate bene dejeciſſet, nihilominus permanebant oris amarities, nigræ linguæ ariditas, infirmæ inquietudo, difficilis reſpiratio, debiles & frequentes pulſus &c. Magnitudinem morbi conſiderans, aliam ordinavi ex eodem brachio ad ſex uncias ſanguinis remiſſionē præſcribens pro ordinario potu ſequentem potionem.

℞ *Pulpæ tamarind.* ℥ ij. *Flor. boragin. Violar. Hordei germani an. pug.* j. *Rad. ſcorzoneg.* ℥ j.

Coque

Coque in ℔. XV. aq. ad tertiæ partis conſumptionem f. colatura & clarific.

5. Corpus dejecerat à decocto quod pro potu ordinario inſerviebat, quapropter matutino tempore inſerviebat, qua propter matutino tempore nihil niſi brodium cum

Boragin. Viol. Endiv. Acetoſa, Cremor. tartari ʒ j. Rad. ſcorzoneg. ℥. s.

Decoctum & tenuem panatellam margaritis & inſtaurante ſucco permixtam offerebam; paroxiſante vero febre prima hora noctis ſequentem juleppum infirma ebibebat.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. j. *Aq. ſcorzoneg.* ℥ iiij. *Acidit. cit.* ℥. i. s. *m. f. julep.*

6. Matutino tempore brodium herbis jam dictis alteratum, & paroxiſante febre iterum ſequentem juleppum ebibebat.

℞. *Aq.*

℞. *Aq. ſcorzoneg. Boragin. violar. an.* ℥. *iij. Syr. violar.* ℥. *j.* s. *marg. ppat.* ℈. s. *Iulep. de gemm.* ℥ s. *m.*

7. Corpus ab ordinario potu iterum dejecerat febre tamen cum magna corporis inquietudine, difficili reſpiratione frequentiſſimoque pulſu creſcente. Tempore matutino brodium alteratum & paroxiſante febre ſudoriferam potionem præſcribebam.

℞. *Aq. ſcorzoneg.* ℥ iiij. *Tot. cit.* ℥. s. *Cord. Saxon.* ℥ ij. *Lapid. bezoard. gr.* XX. *Marg. ppat. gr.* vj. M*ag. Coralior. gr.* iiij. *Acidit. citr.* ℥. i. s. *m. f. Iulep.*

8. Infirma à medicamento nihil ſudaverat, nihilq; per totam noctem cū magna inquietudine dormiverat: lingua cum aſperitate magnam ſiccitatem, dentes vero anteriores, ſplendeſcentes præ ariditate, nigram lineam de-

am demonſtrabant. In pulſu frequentiori magna virium debilitas cum manuum tremore motibusque convulſivis obſervabatur. Quæ omnia in hoc acuto morbo peſſima, & lethalia ſigna. Ordinavi cum tempus cibandi inſtaret, ſuccũ hordei inſtaurante aſſati caponis ſucco, & margaritis permixtum, quem ilicò poſt ſequens enema hoc manè aſſumebat.

℞. *Lact.* ℔. s. *Saccari rub.* ℥ iiij. *Butyri recent.* ℥ iij. *Ol. viol.* ij. *m. f. clyſter.*

Veſpertino vero tempore, paroxiſante febre, præſcribebam ſequentem juleppum, & poſt cœnam pariter nocturno tempore emulſionem.

℞. *Aq. ſcorzoneg. Boragin. Violar. Endiv. Seri deſtillat. an.* ℥ iij. *Spirit. vitriol. gut.* vj. *Acidit. citr.* ℥. j. s. *Margarit. ppat.* ℈ s. *m. f. Iulep.*

℞. *Sem.*

℞. *Sem.* 4 *frig. maior. an.* ʒ.ij. *Amigd. dulc.* ℥ ij. *Papav. alb.* ʒ. iiij.

Contunde, & cum aq. lactucæ q. ſ Miſc. *fiatque emulſio, quæ ſaccaro perlato quantum ſufficit dulcoretur.*

9. Stillæ ſanguinis è naribus effluebant, permanente in lingua & dentibus nigris magna ariditate. Pulſum indagans, obſervabam cum ordinaria debilitate frequentiam, tremores &c. dormiverat tamen aliquantulum, per intervalla delirando, miſera infirma. Matutino tempore brodium herbis refrigerantibus, margaritis, & ſucco inſtaurante permixtũ ilicò antè hordei cremorem offerebam veſpertino vero ſequens alexipharmacum & corroborans remedium pro nocturno tempore ante cœnam præſcribebam.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ʒ.s. *Marg. ppat. Lapid. bezoard. an. gr.* vi. *Corallor. rub.* ℈ s. *Cum aci-*

acidit. citr. parum f. bol.

10. Matutino tempore infirma noſtra brodium ut ſupra alteratum ebibebat, paroxiſante vero febre, cũ multum ob linguæ ariditatem ſitiret propinabam ſequentem potionem.

℞. *Seri deſtillat. Aq. acetoſ. an.* ℔. s. *Scorz.* ℥ ij. *Syr. de limonib.* ℥. j. *Spirit. vitr. gut.* v. *Marg. præp.* ℈ s. *m. f. Iul.*

11. Maximè erat inquieta infirma noſtra nunc huc, nunc illuc ſe cõvertẽs, ſtillaq; ſanguinis hac nocte transacta è nare dextro iterum effluebat. Cæteris jam dictis lethaliſſimis ſignis cum magna obſtinacia perſiſtentibus. Admonui domeſticos infirmæ noſtræ magnum vitæ periculum & citò imminere, quod obſtinata ſymptomatũ perſeverantia non ſolummodo medico, verum & domeſticis obſervantibus indicabat. Quapropter alios medicos advocantes, facta eſt cõſultatio, in qua veſpertino tempore ordinata ſunt ſequentia. ℞. *Con-*

℞. *Confect. alkerm. Hiacint.* ℥ s. *Lapid. bezoard. gr.* XX. Marg. *ppat.* ℈. s.

Cum julep. de gemm. q. ſuff. fiant bol. ſudor. quos ſumat paroxiſante febre, quibus ſuperbibet.

℞. *Seri deſtillat.* ℔. j. *Aq. ſcorzoneg. Boragin. Cord. Saxon. an.* ℥ ij. *Syr. de limonib.* ℥ j. s.

m. f. julep.

℞. *Sem. melon.* ℥ ij. *Amigd. dulc.* ℥ s. *Papav. alb.* ʒ. iiij.

Contunde, & cum aqua lact. Borag. an quant. ſufficit, fiat emulſio, quæ manibus Chriſt. perlat. dulcoretur. Poſt quam emulſionem duo veſicantia brachiis apponebant.

12. In eodem ſtatu permanens infirma noſtra, ſola alexipharmacis remediis cum inſtaurante tenuiſſimo cibo vivebat, enema tamen, cum corpus nihil dejiceret, matutino tempore præſcribebam. ℞. *Lact.*

℞. *Lact.comm.*℔. ſ. *Saccari rub.*℥. iiij. *Butyr.recent.*℥.iiij.

m. f. clyſter.

℞. *Aq. cord: Saxon. Borag. violar. Scorzoneẓ. an.*℥. j. *Seri deſtillat. cap.* ℔. s. *Confect. alkerm.* s. *m.* ʒ s. *Margarit. ppat.*℈. s. *Acidit. cit* ℥. j. s.

m. f. Iulep. quem paroxiſante febre ebibat.

13. Quamvis à clyſtere corpus benè expurgaſſet, nihilominus tamen lingua nigra cæteraque periculoſa ſigna perſiſtebant. Propinabam ante brodium alteratum hoc mane,

℞. *Pulpæ tamarind.* ʒ. vj. *Marg. ppat.* ℈. j

m. f. Placentula.

Tempore vero nocturno poſt cœnam aſſumebat emulſionem ſubſequentem.

℞. *Sem.*

℞. *Sem.* 4. *frig. maior. an.* ʒ. ij. *Papav. alb.* ʒ iij. *Amigd. dulc.* ℥. ij.
Contunde, & f. emulſio, quæ ſacc. perlat. q. ſ. dulc.

14. Infirma, de vita omnino deſperans, dum lecto adſtantem me intueretur, luctuosè ſuſpirabat; quam tamẽ volui conſolari (quamvis de morte abſolutè timerem) indicans morbum iam in vigore conſiſtere, brevique, ut opinamur, cum ſalute eiusdem declinaturum. Pulſus &c. ut antea perſiſtebant. Tentavi aliam maligni humoris per ſudorem evacuationem, ut, natura ſublevata, reliquum melius vinceret.

℞. *Aq. Scorzoneg. Cord. Saxon. an.* ℥. ij. *Lap. bezoard. gr.* XX. *Marg. præpar.* ℈ j. *Iulep. de gem.* ℥. j.
m. f. Iulep.

A fine decimi quarti usque ad decimum quintum multum ſudando infir-

infirma noſtra hac nocte honeſtè dormiverat, à quo ſudore matutino tempore omnia ſymptomata remiſſiora exiſtebant. Victoriam nos obtinere, morbique vigorem nos ſuperaſſe hilari vultu prognoſticavi. Propinavi cũ alteratis brodiis poſt tenuem cœnam ſequentem emulſionem.

℞. *Sem. Melon.* ℥ ij. *Amygdal. dulc.* ℥ i. *Contunde, & cum aq. borag. q.ſ.f. emulſio, quæ dulcoretur ſaccaro perlato.*

16. 17. Copiosè ſudabat, qui tamen ſudor magis copiosè decimo octavo, decimo nono, imo & vigeſimo profluebat, & ita copioſo ſudore ſanitatem ex toto eſt adepta. In decocto tamarindorum manna fuit ad tres uncias diſſoluta, quæ lenis purgatio infirmæ pro electivo propter gravidationem, medicamento inſerviebat.

1. *Obſ.*

Obſ. Quod ſanguis infirmæ noſtræ gravidæ quarto menſe, fuerit emiſſus, & quidem bis propter febris malignæ à copiſo humore febrili magnitudinem. Neque eſt quod hoc tempore gravidationis malum à venæ ſectione in ſuperioribus partibus timeamus, quoniam gravidatio per ſe non eſt prohibens venæ ſectionis, imo in naturis ſanguineis eſt ſæpè ſanguinis miſſionis indicans etiam abſente febre, uti ubi abortus timetur ob ſanguinis ad uterum cum impetu irruentis abundantiam, quod gravidis ſanguineis ſæpè contingere ſolet, imo meæ ſocrui matronæ ſanguineæ, cum tertio abortum paſſa eſſet cum copioſo ſanguinis effluxu, illudque mihi narraret, conſiliumque, ut abortus præcaveatur, expoſtularet, conſului ut tertio menſe gravidationis; (nam quarto abortiebat) venam brachii

chii aperiret, ſanguinemque ad octo uncias evacuaret, illudque per quatuor vel quinque annos continuaret, donec ætas illa florida & ſanguine abundans pertranſiret. Quod chariſſima illa matrona obſervans, numquam amplius nō ſolummodo abortivit, verum & proles genuit formoſiſſimi ſanguinis quæ & in hodiernam usque diem non ſine magna admiratione in urbe Antverpienſi ab unoquoque obſervantur. Sed nec illa ſolum, verum innumerabiles matronæ ſanguineæ, quæ abortire ſolebant, illo remedio ab abortu à me ſalvatæ ſunt, unde non eſt timenda, præſente febre acuta & periculoſa, hoc gravidationis tempore ſanguinis miſſio, cum, nulla exiſtente febre, in multis gravidis venam aperire debeamus, ut iam demonſtravi in naturis ſanguineis, ne abortus ſequatur. Imò in

Brabantia, Francia, Anglia, &c. nobilibus mulieribus gravidis in uſu eſt ſanguinem mittere ſolum ut proles producant formoſiores.

Sanguinem tamen in gravidis emittentes, cum magna prudentia obſervare debemus quantitatem, ne in nimia quantitate evacuantes fœtui ſuum alimentum detrahamus, & ſic abortum à defectu cauſemus, ſed hæc ſanguinis quantitas ab ipſo gravidæ temperamento medico indicatur: unde etiam ſequitur ſanguinis miſſionem temerariè & ob levem cauſam non eſſe ultimis gravidationis menſibus à medico præſcribendam quoniam tum infans in utero grandior plurimo nutrimento eget, & facilè à ſanguinis miſſione pateretur, quoniam maternus ſanguis infanti in utero alimentum eſt.

2. *Obſ.* Dicit (*a*) Hippocrates, mulierem

lierem gravidam morbo acuto corri-
pi, eſſe lethale: ſed quare in gravida morbus acutus magis eſt quam in nõ gravida lethalis? Dicunt multi medicinæ authores, quia gravidæ non ita tutò licet remedia præſcribere quam non gravidæ, cum à remediis fœtus patiatur, idq; confirmant ſubſequente (b) Hipp. aphoriſmo, *Gravida vena ſecta abortit*, cui tamen opinioni non conſentio, ſed credo potius quod acutus morbus ideò gravidæ ſit magis lethalis, quia in eo ſanguis à putredine & malignitate vel à ſola inſigni putredine eſt corruptus, & ut talis non poteſt eſſe infanti in utero bonum alimentum, qui propterea patitur, imo moritur, morbumque hoc eſt acutam febrem ſic adauget, lethalia nova ſymptomata & aliquando abortum producendo.

(a) Sect, 5, Aph, 30, (b) Sect, 5, Aph, 31.

3. *Obſ.* Neque nobis repugnat ſubſequens magni viri aphoriſmus, *gravida ſecta vena abortit*, quoniam ille aphoriſmus de pedis vena ſolummodo eſt intelligendus, quæ ſi aperiantur, aliquando abortum ob copioſum ſanguinem ad uterum confluentem & infantem ſuffocantem producit. Dico tamen aliquando, quoniam & pedis vena ſecta non ſemper gravida abortit, quod hiſce diebus vidi in puella ſanguinea viginti annorum, quæ cum viro rem habens gravida permanſit, quod dum obſervaret, volens occultare gravidationem, medicum juvenem advocavit adſerens quod ſuppreſſione menſtruorum laboraret, qui ſtatim venas utriusque pedis aperiebat, purgantiaque medicamenta ut decoctum foliorum ſennæ, agarici, polipodij &c. propinavi, numquam tamē abortum pro-

vocan-

vocando. Sed cum Gallus mercator cum eadem rem habuiſſet & de gravidatione ipſe dubitaret me advocavit, quæ cum mihi confiteretur quod rem cum viro haberet, nullaque adeſſent uterinæ obſtructionis ſigna, affirmavi ipſam gravidam, nullaque morboſa uteri obſtructione laborare, quod ſucceſſu temporis eventus docuit, quoniam nono menſe roboſtum & ſanum maſculum peperit. Propterea veriſſimum eſt quod dixi, gravidam ut plurimum abortire ob ſectam venam in pede, non autem ſemper. Superiores autem venæ ſi ſecentur, gravidæ nullum periculum abortus ab earum ſectione imminet, niſi tanta ſanguinis quantitas evacuaretur, ut infanti in utero alimentum detrahatur, quod ultimis menſibus gravidationis, infante jam grandiori exiſtente, aliquando, ut dixi, evenire

ſolet. Igitur, ut breviter cõcludamus, gravida ſecta vena pedis abortit, vel ſectis ſuperioribus, abortit, ſi ultimis menſibus in nimia quantitate ſanguis emittatur, undè videmus in acuto morbo gravidis licere venas ſuperiores ſecare, ſolum prohibetur, ut dixi, ultimis menſibus ſanguinem emittere in nimia quantitate.

4. *Obſ.* Quod ſi vena aperiatur ratione febris ſimpliciter malignæ non concomitatæ, multo magis ſit aperienda in gravidis, ubi maligna febris ab aliqua interna inflammatione, pleuritide, peripneumonia &c. concomitatur, idque quocumque gravidationis tempore, quoniam hæ inflammationes verè ſunt acuti morbi lethales, quibus ſi remedia non opponuntur, actum eſt de vita ægrotantis, & ſic & mater, & in utero infans certo moriuntur, quapropter iſtis in caſibus

ſibus omni gravidationis tempore vena eſt intrepidè ſecanda, ut ordinabam hiſce diebus matronæ Venetæ gravidæ in fine octavi menſis pleuritide cum acuta hac maligna febre laboranti, cum vena brachii tempore matutino, ſalvatella vero veſpertino aperiebatur, neq; propterea abortivit, ſed à morbo convaluit, & naturali tempore gravidationis peracto, feliciſſimè liberata eſt.

5. *Obſ.* Neque etiam provocare ſudorem, quæ eſt ſecunda in maligna febre medici operatio, in gravidis eſſe multum timendum quoniam jam per annos viginti quatuor nullam vidi ob ſudoriferum medicamentum abortientem, qui tamen innumerabilibus gravidis in praxi mea ſudorifera medicamenta propinavi. Sed hoc ipſis mulierculis etiam notum quæ etiam gravidæ in

inferiore & ſuperiore Germania non ſolummodo verum & in multis Galliæ partibus medicamenta ſudorifera ſua ſponte, ut à tertiana, intermittente liberentur absque abortum provocando, aſſumunt.

6. *Obſ.* Tertia medici operatio in hac maligna febre eſt purgatio, quæ vel eſt lenitiva vel electiva, & utraque fieri poteſt clyſteribus vel medicamentis per os introſumptis. Quod per os in maligna febre, perſiſtente adhuc malignitate, medicamenta purgantia ſive lenitivè ſive electivè propinare infirmis non liceat, primo capite hujus tractatus manifeſtè demonſtravimus, quod & in prægnantibus adhuc magis obſervandum, ut rectè (c) Hip. aphoriſ. ſuo. *Mulieri utero gerenti, ſi alvus multum fluxerit, periculum eſt ut abortiat*, obſervavit.

Con-

(c) Sect. 5. Aph. 33.

Concedit tamen divinus author turgente materia prægnantem à quarto incluſivè usq; ad ſeptimum menſem poſſe purgari, utrum & eadem non poterit iſto gravidationis tempore purgari electivè medicamẽto in declinatione febris malignæ, uti id vera iſtius febris curatio expoſtulat? Reſpondeo magis eſſe ſecurum in gravidis ſolummodo lenitiva medicamenta loco iſtius electivi in declinatione malignæ febris propinare, quoniam hæc minus perturbant, & omnis violenta alvi expurgatio prægnãtibus periculoſa, ſive illa à natura ſive à medico inſtituatur, ut rectè Hipp. admonuit. Et propterea nos in caſu infirmæ noſtræ ſolummodo mannam in decocto tamarindorum diſſolutam in declinatione febris loco electivi medicamenti propinavimus. Inter omnes igitur operationes à medico

in maligna febre præſtandas nulla magis quam purgatio gravidis periculoſa. Sed cum nos purgationem à medicamentis per os datis in maligna febre nõ admittamus niſi in ſola morbi declinatione, & ſolummodo clyſteribus per totum morbi decurſum, donec malignitas in declinatione morbi exſtincta ſit utamur ad primarum viarum expurgationẽ, hinc aliud dubium reſultat, utrum hæc enemata primas vias abſtergentia gravidis injicere liceat. Ad quod reſpondemus, enemata nõ ita facile gravidis eſſe applicanda, & quando applicantur, debere componi ex ingredientibus mitioribus quæ uterum non ſunt perturbantia, idq; in exigua quantitate, quoniã & quantitas æque ac qualitas eorum abortum provocare poteſt, qualia in noſtro caſu nos infirmæ ordinaſſe unicuiq; conſideranti eſt manifeſtum.

7. Obſ.

7. *Obſ.* Quod in maligna febre prægnãtibus propinare non liceat illa alterantia quæ vi pollent diuterica, quoniam & illa gravidis, ne abortus superveniat, periculoſa.

8. *Obſ.* Quod in gravidis, ubi veſicatoria ratione morbi magnitudinis ſunt applicanda, non liceat inferioribus partibus, verũ ſolis ſuperioribus applicare, quoniam omnia illa remedia, quæ ad inferiores partes trahunt, in gravidis maximè ſunt fugienda, & ratio omnibus eſt quam manifeſta, quoniam ad uterum alliciendo humores, abortum provocarent.

9. *Obſ.* Ex hiſce jam dictis evadit nimis quã manifeſtum à gravidatione omnino prohiberi hirudines venis hæmorrhoidalibus applicare, quas tamen medici ſæpiſſimè in malignis febribus cum delirio naturis melancholicis ſummo cum levamine infirmi præſcribunt.

10. *Obſ.* Tenuem victum ad inſorbendum omnibus maligna febre laborantibus eſſe quidem neceſſarium, verum prægnātes copioſiori cibo ſeu frequentiori eſſe aliis propter gravidationem cibandum. Quod & nos in caſu noſtro obſervavimus.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

MAtrona Veneta cum Flandro ſartore maritata, melancholica & ſanguinea aliquantulum temperamento, poſtquam jam cum bona valetudine ad octavum gravidationis menſem perveniſſet, incidit in hanc duplicem tertianam febrem, in qua medicus ordinario familiæ inſerviens cum motus convulſivos manuumq; tremores cum debilitate in pulſu obſervaret, judicavit prudenter honoratiſſi-

tiſſimam matronam duplice tertiana continua maligna febre laborare. Et cum eſſentiam, cauſam, indicationesque hujus morbi conſideraſſet, curam eſt aggreſſus ſecundū ſcholaſticas regulas, obſervata tamen cum illis matronæ in ultimis menſibus gravidatione, quam cum in octavo menſe timeret, noluit in principio hujus malignæ febris majorem humoris morbifici partem per ſanguinis miſſionem evacuare, quod tamen primario à cauſa ejusdem indicatur, ſed omiſſio hoc magno malignæ febris remedio, materiæ morbificæ in malignitate attemperationem, concoctionemque eſt aggreſſus, donec quinto, accreſcente morbo, plura ſymptomata miſeræ infirmæ ſupervenirent, & ſecundum medicum domeſtici advocarent, qui, cum hiſtoriam morbi à primo medico intellige-

ligeret, & ſymptomata hanc febrem concomitantia obſervaret approbavit primi medici demorbo cauſaq; morbi ſententiã, laudavitq; omnia ab eodẽ in hac maligna febre oblata infirmæ remedia. Sed cum morbus accreſceret, & majori inquietudine, pulſibusque frequentioribus cum magna virium dejectione affligeret, incœpit ultimo advocatus medicus interrogare infirmam, utrum motum infantis in utero adhuc ſentiret, dubitans an hæc graviora ſymptomata ab infante in utero mortuo dependerent, an verò ob naturale febris tempus augmenti ſupervenirent. Sed cum infirma motum infantis nimis quam manifeſte, ut ajebat, perciperet, eundem ſanum judicans, interrogationem inſtituit, utrum ſanguis in hoc morbi augmento, quia in principio non erat extractus,

tractus, eſſet emittendus? Sed conſiderantes infirmam ultimos gravidationis menſes jam agere, tempuſque morbi, in quo commodius vena ſecatur, principium ſcilicet, jam eſſe elapſum, etiam morbo in augmento jam conſiſtente, unanimi conſenſu omiſerunt. Continuarunt quapropter ſolummodo humores mitigare in malignitate, concoquere in putredine, obſtructiones aperire, & cæteris augmenti morbi indicationibus inſervire, donec nono, infirma delirante, me tamquam tertium medicum ad hujus gravioris morbi curationẽ advocarent. Qui cum pulſus infirmæ adjunctaque febri ſymptomata, obſervarem, laudavi peritiſſimorum virorum de morbo cauſaque morbi judicium, judicans conſequenter & ego, honoratiſſimam matronam ut plurimum melancho-

lici temperamenti hac duplici tertiana maligna febre laborare: ſed cum gravidam intelligerem, volui accuratè obſervare, utrum hæc maligna febris à creatura in utero vivente vel mortua concomitetur, quoniam hoc benè præſciendum, antequam medicus ad indicationes & curationem febrium in gravidis deveniat. Quapropter incœpi hanc infirmam noſtram primò interrogare utrum infantis in utero motum adhuc perciperet, utrum è regione uterii frigus, in utero pondus &c. ſentiret. Sed cum ipſa affirmaret quod à duobus jam diebus nullum amplius in utero motum perciperet & potius ponderoſum pondus ſentiret, atque frigus è regione uteri cum magnis anxietatibus infirmæ, ructibus &c. obſervaretur, judicavi intrepide hanc malignam febrem,

orem ab infante in utero mortuo eſſe concomitatam, febremque jam conſiſtere in fine augmenti; ratione cuius temporis etiamſi omnia ſint peiora, & graviſſima ſymptomata ſupervenire ſoleant, nihilominus tamen morbum ab infante in utero mortuo & putreſcente propter ad ſuperiores partes adſcendentes vapores augmẽtari, nimis erat ex ſignis infantem mortuum indicantibus quam manifeſtum. Quapropter hoc ſuppoſito perveni ad indicationes, quarum primam deſumpſi ab infante mortuo, qui ſui indicat evacuationem & ablato quod febrem adauget, in medium attuli indicationes, quæ hoc morbi tempore à febre, cauſa febrili, obſtructione, viribus &c. deſumuntur. Sed de his capite primo hujus tractatus. Propoſui igitur, ut primæ indicationi ſatisfacerem expellens ex utero, ſeu

ro,ſeu partum provocans, medicamentum.

℞. *Flor. cheiri Borac. Venet. Succin. alb. ppat. Raſur. lign. ſab. Gall. moſ. Croci oriental. an.* ℈ s. *Con-fect. alker.* ʒ s. *Marg. ppat.* ℈. s. *m. cum aq. cinamo, porum ilicò ebibat.*

A quo immediate cum dolores partus ſupervenirent, feliciſſimè ab infante mortuo cum ſecundinis non ſine magna fœminarum & obſtetricis admiratione eſt liberata. Quem cum inſpicerem & faciem obſervarem à lochiis eroſam, judicavi per duos ad minimum dies in utero mortuum exſtitiſſe. Febrē deinde obſervans, quæ cum naturali lochiorum expurgatione levique ſudore indies remittebat, nihil amplius ordinavimus, ſed nobis ſpectantibus natura eandem ſuis operationibus ex toto ſanitati paulatim reſtituit.

1. *Obſ.* Non ſufficere medicũ ſcire quod febris à gravidatione concomitetur, verum inſuper eſſe neceſſarium ut ipſi conſtet de fœtu ſano vel nõ ſano, vivente vel non vivente, quoniã, niſi de illis ipſi cõſtet, non poteſt fundatè indicationes eligere & multò minus debita remedia præſcribere, quoniam gravidatio apud medicum magnæ debet eſſe conſiderationis, nõ ſolummodo dum eſt naturalis & ſani fœtus, ſed etiam dum eſt præternaturalis & fœtum mortuum in utero præter naturam retinet.

2. *Obſ.* Fœtum in utero mortuũ ſtatim eſſe expellendum, quoniam graviſſima ſymptomata putredine ſua afferendo morbum non ſolummodo adauget, ſed matrem ipſam ſæpiſſimè jugulat; quapropter ſi partũ próvocãtibus remediis non expellatur, ſpeculo matricis & idoneis inſtrumentis à chi-

chirurgo eſt extrahendus, quoniam ſi in utero putreſcat, infallibiliter, ut dictum eſt, matrem jugulat. Sed hoſce caſus in Brabantia vidi aliquoties, ubi chirurgus in hoc caſu expertiſſimus & per totam inferiorem Germaniam propterea notiſſimus, ſæpiſſimè fœtum mortuum inſtrumentis per partes cum magna dexteritate extrahebat, multasque lugendas mulieres à morte, ut ita dicam, liberavit.

3. *Obſ.* Exiſtente jam grandiori fœtu, paucos non ſine magna prudentia ordinatos eſſe clyſteres, eosque in minori quantitate, quoniam eo tempore, niſi in modica quantitate ordinentur, ſunt timendi, quoniam abortum procreare valent.

4. *Obſ.* Inter omnia partum provocantia medicamenta, primum locum, quod à nobis allatum eſt, merito obtinere, quoniam ad partum faci-

acilitandum non ſolummodo, verum ad ſecundinas retentas & fœtum mortuum expellendum præſentiſſimum eſſe remedium innumerabiles mulieres mecum obſervarunt; neq; ſunt timenda hujus medicamenti in maligna febre, quia calida ſunt, ingredientia, quoniam fœtum mortuum, ſecundinas, lochiaque expellendo plus effectivè refrigerant, quam qualitate connaturali calefaciunt.

5. *Obſ.* Mulieribus non ſolummodo infantes in utero ſæpiſſimè mori dum octavo menſe gravidationis maligna febre laborant, verum & ſæpiſſimè hoc menſe, non febricitantes, ante tempus parere proles quidem viventes, verum ilicò, quia octavi menſis ſunt, morientes.

CAPVT

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

MAtrona nobilis Veneta bilioſa ut plurimum temperamento jamque in octavo menſe gravida incidit menſe Julio in continuũ calorem quotidiè cũ magna inquietudine, vomitu porraceæ bilis exacerbantem, quæ, quamvis quod morbo gravi laboraret, non dubitaret, nihilominus tamen medicum timuit advocare, quia octavo menſe gravidam ſe ſciebat, nolens remedia à medico propter morbũ ordinanda aſſumere. Sic ſunt quã plurimæ Venetæ mulieres, quæ medici timent operationes, ubi maximè eſt neceſſariũ, quaſi verò medicus ſemper aliquid operaretur, qui, nihil præſcribendo aliquando plus doctè operatur. Nihilominus tamen quia infirmæ noſtræ dolores lumborum ſuperveniebant, curioſa utrum

utrum partum prognoſticarent, me advocavit, qui cum hiſce lumborum doloribus alia ſigna partus obſervans imperavi ut obſtetricem ilico advocarent, pulſum tamen, cum, per biduum ipſam febricitaſſe, referret, obſervavi, affirmans eandem acuto & gravi morbo laborare, ſed de hoc quid ſit die craſtina diſcurremus, cũ fuerit divino auxilio ab infante vivo liberata. Rediens autem ſequenti die, inveniebam cum belliſſimo puerulo vivo in lecto decumbentẽ, & felix adoptans puerperium, diligentiamquẽ in baptizando puerulum, cum octimeſtres moriantur, comendans, incœpi inveſtigare quomodo cũ febre noſtra agatur. Pulſum igitur indagans, linguam inſpiciens, reſpirationem motumque febris obſervans &c. Judicare debui puerperam noſtram maligna bilioſa febre laborare: interrogavi ilicò,
utrum

utrum à ſecundinis liberata, lochia naturaliter profluerent, quod ita eſſe cum reſponderet, ſolumque de doloribus ventris lumborumque conquereretur, ad quos ſedandos oleum amigdalarum dulcium recenter expreſſum propinabam, toto hoc die ſolum ſpectavi naturæ lochia expellentis operationem. Sed ſecundo à partu die rediens (quo infans moriebatur) cum miſera matrona referret quod nocte tranſacta maximè fuiſſet inquieta, atque quod lochia, non ut in alijs puerperijs, profluerent, maximeque à dolore in inſpiratione pungente & circa maxillam dextram conſiſtere cum tuſſi ſicca affligeretur, pulſumque indagans, obſervarem cum dolore & tuſſi difficilem in hac maligna febre inſpirationem, debui judicare puerperam noſtram maligna hac duplice tertiana febre

ſed

ſed à pleuritide ex imminuta lochiorum fluxione reſultante concomitata laborare, judicabam igitur febrem eſſe primarium morbum & ex putredine & malignitate humoris bilioſi in majoribus vaſis propter obſtructiones provenire, hanc verò (*a*) febrem à pleuritide tamquam ſymptomatico morbo concomitari, dico ſymptomatico morbo, quoniam ob diminutam lochiorum evacuationem reſultat. Sed, ut hæc cura in tot morbis inchoetur, à quo (*b*) prima indicatio deſumenda eſt? Dico primo diminutum lochiorum fluxum eſſe adjuvandum remedio ſimul à pleura ad uterum revellente, ſanguinemque in ea quantitate evacuante in qua natura in aliis puerperiis non ſolummodo expurgabat, verum etiam in qua valet

(a) Eſſent & cauſa morb. & ſympt.
(b) Indicat.

morbum mitigare, quo peracto ſi pleuritis vel febris perſeveret, indicationibus pleuritidis & febris eſt inſerviendum, de quibus nihil ſingulare hic occurrit, ſed benevolum lectorem ad primum caput & ad caput de maligna bilioſa febre cum pleuritide remitto. Hujus igitur puerperæ morbi curationem inchoare deſiderans, benè primo oculos, faciem, conſtitutionem corporis &c. inſpexi, quæ omnia benè obſervans judicansque infirmam noſtram bilioſam temperamento, tandem curam ſum aggreſſus primo octo uncias ſanguinis ex pede dextro ordinando.

2. Sublevamentum neque in pleuritide neque in febre obſervans, replicavi ex eodem pede dextro ſanguinis ad octo uncias emiſſionem, juleppumque ſubſequentem præſcribebam.

℞. Iu-

℞. Iulep. violar. color. cæleſt. Syr. papav. errat. an. ℥. j.s. Aq. flor. papav. errat. ℔. j. m. f. Iulep.

Sed 3. cum pleuritidis dolor cum acutiori febre, pulſu frequentiori difficiliorique inſpiratione maximè urgeret, fortiter femoribus ligatis, venā dextri brachij aperui, ſanguinemque ad pleuram confluentem, non ſolummodo evacuavi & retraxi, verū cum ſanguine majorem partem humoris febrilis etiam evacuavi, & cum infirma noſtra de ventris dolore conquereretur, eodem tempore propinavi.

℞. Ol. amigd. dulc. recent. exp. ℥. v. Capiat illico poſt ſanguinis miſſionē.

4. Melius inſpirabat infirma noſtra, dolorque dextri lateris longè erat remiſſior. Interrogavi infirmam utrum lochia adhuc fluerent, & quod ſic, cum reſponderet, ilicò, ut continuarent, propinavi oleum amigdala-

rum dulcium in brodio carnis hordeo & capillo veneris alterato.

5. A quo quinto die copiosè iterum lochia fluebant, percurrente tamen maligna febre naturali curſu ſua tempora. Quod obſervans, volui malignum ſeu ſubtiliorem morbi humorem è venis per ſudorem, principaliter cum hic quintus à partu ſeptimus eſſet ipſius malignæ febris, eſt enim à medico hæc operatio præſtanda, ubi malignitas ad cor proſerpens, majores anxietates, in pulſu & reſpiratione frequentiam, debilitatemque &c. inducit, ſed ut lochia adhuc fluentia magis profluerent, ſperans nimirum ex copiſiori lochiorum fluxu febrem remiſſuram, propinavi iterum hoc tempore matutino cum brodio hordeo capill. veneris, &c. alterato oleum amigdalarum dulcium ad duas uncias, nocturno ve-

ro tempore propinavi ſequens ſudoriferum.

℞. *Lapid. bezoard. gr.* XX. *Syr. capill. vener.* ℥. j. *Aq. ejusdem* ℥. iiij. *Confect. alkerm.* ʒ. s. *m.*

8. Cum alvus non dejiceret, matutino tempore ſequens enema fuit injectum.

℞. *Diacathol.* ℥. j. *Flor. caſſ.* ℥. s. *Mell. viol. ſolutiv.* ℥. iij.

Cum brodio carnis capill. vener. cicerib. rub. hordeoque decocto. m. & f. clyſter.

Veſpertino vero, paroxiſante febre, aſſumebat brodium alteratum.

Boragin, violis, Endivia, Capill. vener. & Marg. *ad* ℈. j.

9. Cum multum paroxiſante febre ſitiret infirma, lochiaque adhuc profluerent, matutino tempore aſſumpſit in brodio herbis jam dictis alterato oleum recens amigdalarum

 dulci-

dulcium, tempore vero nocturno in febris paroxiſmo propinavi ſequentem juleppum.

℞. *Seri deſtill.* ℔. j. *Aq. ſtill. capill. vener.* ℥. iiij. *Iulep. violar.* ℥. ij. *De gemm.* ℥. j. *m. f. Iulep.*

10. Quia corpus excrementa alvi non expurgabat, matutino tempore clyſter communis iniiciebatur, & veſpertino ebibebat, paroxiſante febre, brodium herbis.

Boragine, Violis, Endiv. Capill. vener. Hordeoque alteratum.

℞. *Lact. comm. q. s. Diſſolv. ſaccar. rub* ℥. iiij. *Butyri rec.* ℥. iij. *Ol. viol.* ℥ ij. *m. f. clyſter.*

11. Corpus honeſtè à clyſtere dejecerat, & parumper infirma incipiebat ſudare, febre tamen adhuc magna cū frequenti debilique pulſu & linguæ ariditate perſeverante, Ordinavi in vigore paroxiſmi ſequens ſudoriferū.

℞. *La-*

℞. *Lapid. bezoard. gr. XX. Seri deſtill.* ℔. j. *Iulep. violar.* ℥. j. *Gemm.* ℥. s. *Confect. hiacinth. ſ. moſ.* ʒ. s. *f. Iulep.*

12. Poſt copioſum ſudorem febris multum remiſerat, ariditasq; linguæ, ſitis &c. ceſſaverant, lochiaq; adhuc parum fluebant, corpus excrementa alvi expurgaſſet, nihil præter cibum fuit infirmæ ordinatum, ſolummodo propinabam, vigente febre, brodium, ut antea, alteratum.

13. Nocte tranſacta infirma copioſè ſudando, benè dormiverat: quia tamen nõ correſpondebat alvus, clyſterem ſubſequentem ordinavimns.

℞. *Flor. caſſ.* ℥. s. *Diacathol.* ℥ j. *Mell. viol. ſolutiv.* ℥. iij. *Cum brodio carnis q. ſ. m. & f. clyſter.*

14. Copioſè iterum ſudavit, & ſic à maligna febre totaliter eſt liberata; quia tamen lochia adhuc

 parum

parum cum aliquo ventris dolore fluebant, repetebam per aliquot dies donec naturaliter tandem lochia ceſſarent.

℞. *Ol. amigd. dulc. recent. expreſ.* ℥. ij. *& repetatur, ut dixi.*

Quibus lochiis ceſſatis ſequentem purgantem infuſionem propinavi, & valedixi.

℞. *Fol. ſennæ mundif.* ℥. s. *Rhabarb.* ʒ. j s. *Cinnam.* ℈. ij.

Pul. macerentur in ſuff. aq. boragin. quantitate per noctem ſuper cineres calidos. manè colaturæ.

℞. ℥. iiij. *quibus adde Mannæ elect.* ℥. iij. *& f. pot. albumine ovi clarif.*

1. *Obſ.* In morbis puerperarum medicum debere eſſe valdè diligentem in cauſam morbi indagando, quapropter ilico debere obſervare utrum in partu à ſecundinis mulier ſit libe-

liberata, lochiaque naturaliter fluant, quoniam multi puerperarum morbi à retentione ſecundinarum vel à lochiis non naturaliter fluentibus dependent: uti in caſu noſtro, ubi pleuritis noſtræ puerperæ ſupervenit ex lochiorum imminutæ fluxione, quæ gravidationis tempore per biduum maligna primaria bilioſa febre laboraverat.

2. *Obſ.* Cum retenta vel diminuta lochia novos morbos producant, vel ſaltem primarium adaugeant, non eſſe ſtatim obediendum indicationi quæ à materia maligna febrili in venis deſumitur, & qua ſanguis è brachiis indicatur emittendus, quoniam plus valet, ubi maligna febris cum retentis vel imminutis lochiis in puerperis concomitatur, indicatio, quæ ab eorum retentione vel imminuto fluxu deſumitur, uti videre eſt in noſtro

 caſu,

caſu, in quo primo ordinavimus quod ab imminuto lochiorum fluxu indicatur, neglecta operatione quam febrilis humor expoſtulabat.

3. *Obſ.* Peracta operatione quæ ab imminuto vel retento fluxu indicatur, ſi febris adhuc magna & periculoſa perſiſtat tum eſſe à medico operandum quod à materia febrili indicatur, quæ cum evacuationem per ſanguinis è brachio miſsionem expoſtulet, illam medicum debere præſcribere è ſuperioribus partibus ut majorem febrilis humoris partem cum ſanguinis iſta miſſione evacuando ſimul morbum diminuat, uti à nobis peractum eſt, qui ſanguinem è ſuperioribus venis primario quidem ratione pleuritidis, ſecundario tamen propter morbifici humoris è venis evacuationem, evacuavimus, itaque obſervaſtis etiam ob febris malignæ

magni-

magnitudinem, multo vero magis conſequenter ratione viſceris interni ſuperioris inflammationem venas ſuperiores in puerperis, etiam lochijs fluentibus, eſſe aperiendas.

4. *Obſ.* Caſu quo ſanguis ob magnitudinem morbi primarij vel ſecundario ſupervenientis eſt è ſuperioribus partibus, lochiis fluentibus, emittendus, ligaturas tum fortes & doloriferas femoribus eſſe applicandas, ut ſic ſanguis ad inferiores partes alliciatur, lochiaque influendo continuent, è quo manifeſtum etiam evadit, veſicantia, ſi ſint adhibenda lochiis fluentibus, primo cruribus eſſe applicanda.

5. *Obſ.* Oleum amigdalarum dulcium recenter expreſſum in puerperis magnum eſſe non ſolum modo, ut lochia promoveat, remedium, verum & doloribus ventris, lumborũ à quibꝰ puerperæ ut plurimum affliguntur,

 ſingu-

ſingulariter prodeſſe. Quapropter hoc oleum in puerperis non omittite, etiamſi in hac urbe Veneta à paucis medicis præſcribi videatis, quoniam primarii medicinæ auctores nullum remedium in puerperis magis quam hoc oleum laudarunt, Ipſaque experientia indies in afflictis puerperis atteſtatur.

6. *Obſ.* Præparantia humorem febrilem in puerperis non poſſe eſſe acida, neque nimis ſæpe forma aquæ deſtillatæ eſſe propinanda, quoniam omnia illa in puerperis atrociſſimos cauſant colicos dolores, & propterea vitanda, uti nos in caſu noſtro obſervavimus, ſpiritum vitrioli, ſyrupum de limonibus & ſimilia acida omittentes.

7. *Obſ.* Sudorifera puerperis, febre id exigente, licitè poſſe propinari, neque ab illis damnum expectari,

præ-

præcipuè ubi illa cum diureticis lochia provocantibus commiſcentur.

8. *Obſ.* Puerperæ dum in declinatione malignæ febris expurgantur, id eſſe lenioribus ſeu blandis medicamentis purgantibus exequendum, qualiter nos, ceſſata maligna febre, puerperæ noſtræ propinavimus.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

NObilis Venetus ætatis duodecim annorum, in facie rubicundus & mediocriter carnoſus, continuo calore alternis diebus cum magno capitis dolore, ſiti, orisque amaritudine exacerbante, & flavæ bilis vomitu correptus, me cum biduo ægrotaret, advocavit, qui in eodem humidiores ſeu quaſi lachrymanres oculos, magnamque corporis inquietudi-

tudinem obſervans, tandem pulſum indagavi, quem cum debilitate ſummaque frequentia dignoſcens, volui cutem accenſo lumine inſpicere, in qua cum puſtulas quasdam cum narium pruritu turbidaque urina obſervarem, judicavi nobiliſsimum noſtrum puerum ſanguineũ ut plurimum temperamento hac maligna ſimplice tamen tertiana febre à variolis concomitata laborare. *(a)* Eſt autem hæc febris, ut ſæpe jam dictum, extraneus calor ex humore ut plurimum bilioſo in mediis venis propter obſtructiones malignitate & putredine affecto, reſultans, ſimul concomitatus cum particulari ſanguinis fermentatione, in qua natura ad cutem impuriorẽ ſanguinis partem propellente, *(b)* puſtulæ, quæ variolæ dicuntur, per totum corpus protuberant.

Quæ

(a) Eſſent. & cauſ. morbi. (b) Indicat.

Quæ ſint in hac febre indicationes, patet ex dictis: ſolummodo reſtat ut indicationes, quæ ab hoc fermentante ſanguine deſumuntur, afferamus, quas cum natura ipſa eundem ad cutem cum conferentia propellendo, demonſtret, ſunt maniſeſtiſſimæ, ipſique vulgo etiam notæ. Quapropter hoc ſanguinis fermentũ eſt ad cutem attrahendum non ſolũmodo, verum & expellendum, ut ſic naturæ in ſua expulſiva actione auxilium afferatur. Deinde cum ſanguinis hoc fermentum occulta maligna qualitate afficiantur, hinc alexipharmacis propriis eſt oppugnandũ. Quæ omnia tamen ut exequantur, difficile in hujus morbi principio apparebat, quoniam tubercula ſeu variolæ paucæ, violaceique coloris non niſi malum in hoc ſanguinei temperamenti infirmo indicant. Curationem igitur hoc primo die, qui tertius erat morbi, aggreſ-

aggreſſus, ilicò quinque cucurbitulas ſcarificatas, quibus ſanguinis ad quinque uncias emiſſionem imperabam, natibus & dorſo applicui, eodemque hoc tempore matutino ſubſequentem clyſterem tum potum ordinarium præſcribebam.

℞. *Diacathol. Flor. caſſ. an.* ℥. iij. *Mel. viol. ſolut.* ℥. iij.

Diſſol. cum brodio carnis q. ſ. & f. clyſter.

℞. *Hordei mundif.* ℥. ij. *Lentium decort.* ℥. j. s. *Corn. cerv. raſp.* ℥. s. *Ficuum, Tamarindorum. an.* ℥. j. *Coque in ſuff. aq. qte. & colaturæ clarif. adde Syr. de limonib. Acidit. cit. an. q. ſ. ad gratam aciditatem, Detur pro potu ordinario.*

4. Die morbi rediens, cutemque inſpiciens, in qua adhuc valdè paucæ variolæ apparebant, quod mihi non mul-

multum arridebat, præſertim cum in pulſu magnam frequentiam & debilitatem cum ſumma pueri, jam delirantis, inquietudine obſervarem, febremque valdè intenſam cum linguæ ariditate, frequentique reſpiratione cognoſcerem, inſpiciens à clyſtere injecto excrementa, ordinavi ut iterum quatuor cucurbitulæ ſcarificatæ applicentur, ſimul propinans, quod ſudore expellit, remedium.

℞. *Lapid. bezoard. gran.* xij. *Margar. ppat.* ℈. s. *Corn. cerv. gr.* vj. *Acidit. citr.* ℥. s. *Aq. ſcorzoneg.* ℥. iij. *m. f. julep.*

5. Quam plurimæ per totum corpus variolæ non ſine magna parentum voluptate poſt copioſum ſudorem conſpiciebantur; linguamque inſpiciens & non obſervans cum minori corporis inquietudine in eadem tantam ariditatem, incœpi & ego melius

lius de ſalute pueri ſperare, qua propter pulſum & reſpirationem obſervans & minorẽ frequentiam dignoſcens, parentibus indicavi in meliorem ſtatum nobilem noſtrum puerũ jam eſſe deductum. Cum corpus tamen nihil evacuaſſet, hoc matutino tempore ſequentẽ ordinavi clyſterẽ.

℞. *Lact.* ℥. vj. *Saccari Rubr. Butyri recent. an.* ℥. ij. *m. f. clyſter.*

Veſpertino tamen rediens, quo honeſte ab enemate expurgaverat, inveni puerum noſtrum à copioſa tuſſi valdè afflictum, qua de cauſa eidem cœnam ex cremore hordei, & pro ordinario potu ſequens decoctũ ordinabam.

℞. *Hordei germ. craſſo modo pulv. j.* ℥. ij. *Fl. Borag. violar. an. pug. Ficuum* ℥. ij. *Rad. liquirit. mundif.* ℥. s.

Coque in ſuff. aq. qte. & colaturæ clarificat.

rificat. adde Iulep. violar. color. cœleſt. ℥. ij. *f. Potus ordinarius.*

6. Cum copioſa tuſſi febris quidem mitior, ſed nihilominus adhuc periculoſa tempora ſua percurrebat: Eundem interrogans, & mihi ad omnia bona mente reſpondens, cibum animosè me lecto adhuc adſtante, aſſumpſit, quæ omnia cum temperatiori pulſu obſervans, conſolatus adſtantes parentes benè de ſalute pueri ſperavi, quia tamen multùm à tuſſi afflictus, tranſacta nocte vigilaverat, præſcribebam pro vigore paroxiſmi juleppum, & poſt tenuem cœnam emulſionem.

℞. *Aq. boragin. Violar. an.* ℥. iij. *Iulep. violar.* ℥. j. *Gemmat.* ℥. s. *m. f. Iulep.*

℞. *Sem. melon.* ℥. ij. *Amigd. dulc.* ʒ. j. *Contunde, & cum aq. borag. q. ſ. m. & f. emulſio, cui adde Margarit. ppat.* ℈ j.

Manus

Manus, Chriſti prælat. q.f. ad gratam dulcedinem.

7. Circa matutinum tempus poſt cœnam & emulſionem incœpit naturaliter quieſcere, & cum, dum inviſitabam, adhuc dormiret, nihil niſi cibum tempusque cibandi præſcribens, abivi; veſpertino vero dum redirem & nobiliſſima mater, quod copiosè ſudaſſet, mihi referret, prognoſticavi eidem, ſeptimo ſudare eſſe bonũ, ſi magni Hipp. (*a*) doctrinæ & experientiæ credamus: Pulſum igitur obſervavi, & febrem mitiori modo puerũ affligere & conſequenter cum conferentia ſudare judicavi. Solum tenuem panatellam pro prandio, cremoremque hordei pro cœna cum brodio, boragine, violis, &c. alterato ordinavi.

8. Natura excrementa alvi non evacu-

(a) Sect. 4. Aph. 36.

acuante, matutino tempore enema injiciebatur, nocturno verò poſt cœnam aſſumebat, quia iterum per totam noctem vigilaverat, ſequentem emulſionem.

℞. *Lact. com.* ℥. vj. *Saccari rub.* ℥. iij. *Ol. viol.* ℥. ij. *m. f. clyſter.*

℞. *Sem. 4. frig. maj. an.* ʒ. j. *Amigd. dulc.* ℥. ij. *Contunde & cum aq. viol. q. ſ. f. emulſio, quæ cum ſaccaro perlato ad gratum ſaporem dulcoretur.*

6. Nobiliſſimi parentes referebant puerum per totam noctem fuiſſe inquietum, ſudariumque monſtrabant à ſanguine, è nare dextro ſtillante, coloratum. Pulſum obſervans cum magna debilitate frequentem, urinamque turbidam inſpiciens, prognoſticavi mala, imo lethalia hæc eſſe ſigna, (a) propter quæ tamen non eſt deſpe-

(a) Hip. l. 3. ſ. 3.

eſt deſperandum, cum ex altera parte natura morbo, jam in vigore conſiſtenti, generosè reſiſtat. Ordinavi matutino tempore brodium cum margaratis ad ℈. j. alteratum, paroxiſante verò febre ebibebat, poſt bolos ſudoriferos, ſequentem iuleppum.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈ I. *Lap. bezoard. gr.* xii. *m. f. bol.*

℞. *Aq. ſcorzoneg. Cord. Saxon. violar. an.* ℥. *ij. Marg. ppat.* ℈. s. *Iulep. de gemm.* ℥. i.

m. f. Iulep.

10. Alvus deiecerat, & copiosè, naturaliter per multas horas dormiendo, per totum corpus hoc eſt univerſaliter ſudaverat, pulſusque obſervabatur, cum aliqua in urina nubecula, temperatior. Tota hac die tenui victu sed margaritis & ſucco inſtaurante permixto corroboravi, oculi tamen aliquantulum rubicundi cum dolerent, ordinavi. ℞ *Aq.*

℞. *Aq. plantag. Roſar. pallid. Hord. an.* ℥.*j. m. pro collyrio.*

11. Puer noſter mente conſtans generoſiori voce mihi ad interrogata reſpondebat, minusque tuſsiebat, linguam humidiorem cum validiori pulſu & in urina concoctionem obſervans, incœpi iterum benè de pueri ſalute ſperare, propinavi matutino tempore brodium cum margaritis, & veſpertino iuleppum corroborantem.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈*j. Iulep. de gem.* ℥ j. *Lact. perlar.* ℈. s. *m. f. Iulep.*

12. Cum alvus excrementa non evacuaret, ordinabam ſequentem clyſterem.

℞. *Cremor. hor.* ℥. vi. *Butyr. recent. Saccari rub. an.* ℥. *ij. m. f. Iulep.*

Aquo

A quo cum dejiceret magnam excrementorum bilioſorum quantitatem, fuit ſummopere ſublevatus, & dum redirem.

13. Inveni matutino tempore copiosè cum notabili febris remiſſione ſudantẽ, à quo ſudore decimo quarto &c. profluente, tandem nobilis puer à morbo hoc periculoſo & lethali convaluit. Cui vigeſimo ordinavi ſequentem, tanquam electivè purgans medicamentum, jinfuſionem.

℞. *Rhab. pulv.* ℈. iiij. *Cinnam.* ℈. j. *Cremor. tart.* ℥. j. *In ſuff. aq. borag. qte. per noctem ſuper cineres calidos macerentur, manè coletur.*

℞. ℥. iij. *in quibus diſſolve Mannæ elect.* ℥. ij.

f. pot. clarif.

1. *Obſ.* Quamvis hæc bilioſa maligna febris omni ætati ſit communis, quatenus tamen eſt à variolis con-

concomitata, magis eſt pueris quam adultis familiaris: cujus ratio eſt in promptu, cum natura ebullitionem ſeu fermentationem materni ſanguinis, in qua variolæ ad cutem expelluntur, in hac puerili ætate ordinariò inſtituat.

2. *Obſ.* Hanc naturæ operationem cum qua impuriorem ſanguinis partem ſeu fœcem ad cutem expellit, eſſe ſemper cum conferentia, & propterea medicum ſemper debere naturæ auxilium afferre, ubi natura non ſufficienter vel ſatis citò haſce fœces materni ſanguinis expellit, quod ab intenſiori febre, gravioribuſque ſupervenientibus ſymptomatibus cum paucarum variolarum eruptione medico indicatur.

3. *Obſ.* Quod naturæ in hac expulſione auxilium afferatur, ſi medicus cucurbitulas ſcarificatas jubeat

M appli-

applicari: quæ, etiamſi pueris febre maligna à variolis non concomitatâ laborantibus loco venæ ſectionis ſemper, cum illa ab hac ætate puerili prohibeatur, debeant applicari, nihilominus tamen neque in adultis vena eſt aperienda, ubi illi maligna febre à variolis concomitatâ laborant, quoniam venæ ſectione illæ ſanguinis malignæ fœces ad cutem non propelluntur, verum è contrario jam expulſæ in majores venas non ſine evidenti infirmi damno retrahuntur. Quod contrarium eſt primariæ in hac maligna febre indicationi. Obſerva igitur ſanguinis per venam ſectam miſſionem non ſolummodo in pueris, in quibus & ab ætate ſecundum Galenum prohibetur, verum & in adultis à variolis omnino prohiberi.

4. *Obſ.* In hoc caſu noſtro cucurbitula

bitulas ſcarificatas bis fuiſſe applicatas, quia ſanguinei puer noſter exiſtens temperamenti, internè copioſâ materni ſanguinis fœce abundabat, quam cum natura, primis applicatis cucurbitulis, non expelleret adhuc à quantitate ſuffocata, medicus debebat eandem, ſimul ad cutem trahendo, ex parte evacuare, ut ſic natura à quantitate hujus impurioris ſanguinis deonerata, melius, quod poſt hanc medici operationem in venis reſtabat, expelleret.

5. *Obſ.* Quod pueri quo ſunt ſanguineores, eo copioſioribus variolis ſoleant laborare.

6. *Obſ.* Sed neque ſufficit quod medicus in principio morbi hanc ſanguinis malignam fœcem, ad cutem ſimul trahendo, evacuet, verum eodem tempore, quæ eandem ad cutem propellunt

remedia ſunt propinanda, uti in caſu noſtro nos obſervavimus, qui lapidem bezoardicum, aliaque ſudorifera, immediatè poſt cucurbitularum applicationem propinavimus, & ſic uno eodemque tempore natura diverſis modis à medico eſt in hac variolarum expulſione adjuvanda.

7. *Obſ.* In hiſce variolis non ſolummodo tuſſim verum & ſæpiſſimè catharros ſuffocativos ſupervenire, uti obſervavimus in puero Germani mercatoris, qui cum variolis laborans, quinto die morbi catharro ſuffocativo cum magno ſtertore, & pectoris ebullitione eſt correptus, à quo tamen lenioribus medicamentis, ut oleo amigdalarum dulcium, &c. eſt liberatus.

8. *Obſ.* Quod ſicuti in maligna febre concomitata à petechiis non nimis frequenter injicere liceat clyſteres

ſteres primas vias abluentes, & multo minus acriores, ita quoque, ubi eadem febris cum variolis conjungitur, non eſſe clyſteres injiciendos, niſi ubi ab excrementis in primis viis conſiſtentibus, indicantur, ratio eſt eadem, quam in petechiali febre attulimus.

9. *Obſ.* Hanc malignam febrem cum variolis ſæpiſſimè ulcera in faucibus, palato & lingua concomitari, quæ in jam dicto filio omnia conſpeximus, & melle roſ. ſimplice aqua plantaginis permixto, ſpirituque vitrioli curavimus.

10. *Obſ.* Variolas autumnali & hyemali tempore erumpentes illis eſſe periculoſiores, quæ verno & æſtivo tempore erumpunt, quoniam in hiſce ab ambiente calore natura in expulſione adjuvatur, in illis verò à contrario frigore impeditur.

11. *Obſ.* Hanc malignam febrem typum obſervaſſe ſimplicis tertianæ, quæ medico practicanti frequenter occurrunt in praxi curandæ; ſunt tamen malignæ febres bilioſæ duplices tertianæ frequentiores.

CAPUT DECIMUM. NONUM.

Filia mea Catharina Franciſca annum agens duodecimum, mediocriter carnoſa, in candida facie rubro à ſanguine tincta colore, oculoſque habens aliquantulum feroces &c. Menſe Julii incidit in continuum calorem cum magno frigore & horrore, intenſoque capitis dolore primo die exacerbantem, ſecundo vero die ſine capitis dolore, ſiti tamen corporiſque jactatione pomeridiano tempore acerbè affligebat; Pulſus aderant in hoc morbi prin-

principio debiles, parvi & valdè, uti & reſpiratio, frequentes, urinæque turbidæ conſpiciebantur. Quia variolis antè multos annos laboraverat, propterea de hiſce chariſſimæ matri nulla ſuſpicio. Motum hujus febris, & relata ſymptomata, cum magna diligentia obſervans, judicavi chariſſimam hanc meam puellam duplice continua tertiana maligna febre laborare: quæ autem ſit hujus febris (*a*) eſſentia, quæ ejus cauſæ, (*b*) indicationes &c. patet ex dictis. Curationem ſum aggreſſus ſecundo die morbi matutino tempore clyſterem præſcribendo, volens primæ in maligna hac febre, quæ ab excrementis primæ regionis deſumitur, indicationi ſatisfacere

(a) Eſſent. & cauſ. morbi (b) Indicat.

℞. *Saccari rubr.* *Butyri recent. an.* ℥.ij. *Cremor. hord.* ℔.s.
m. f. clyſter.

A quo dejecit magnam excrementorum flavorum quantitatem. Domum rediens veſpertino tempore, quo febris paroxiſabat, ſolum præſcripſi horâ quintâ noctis pro cœna hordei cremorem ſucco limonis permixtum, decoctumque pro potu ordinario, quod ſubſequitur,

℞. *Pulp. Tamarind.* ℥. j. *Hord. German.* ℥.ij. *Corn. cerv.* ʒ.iij.
coque in ſuff. aq. qte. & colatura detur pro potu ordinario.

3. Die Matutino tempore antequam domo egrederer, primo puellam, quæ per totam noctem, ut famula referebat, deliraverat, in cubiculo

ſuo

ſuo inviſitavi, quam cum ad vomitum propenſam & de oris amaritudine multum conquerentem adhuc invenirem, tandem manum accipiens pulſumque, cum magna frequentia & languore, cum manuum tremore obſervans, ab adſtante famula candelam ut cutem inſpicerem exegi, judicans ex frequenti corporis jactatione hanc febrem à morbillis, petechiis, ſimilibuſque exanthematibus concomitari. Sed oculos lacrymantes ſeu aquoſos, dorſumque inſpiciens, & ilicò parva tubercula rubra hic & illic inveniens, judicavi febrem filiæ noſtræ à morbillis non ſolummodo concomitari, verum & plurimum à copioſo fermentante ſanguine, quem natura, à quantitate ſuffocata, expellere non poterat, adaugeri. Quapropter ad indicationes confugi, quarum primam à bilioſo
 humo-

humore in ſuperioribus primæ regionis partibus conſiſtente & ad vomitum cum magna puellæ anxietate, inclinante, alteram vero à morbillorum in venis materia, quæ ſcilicet attractionem ad ambitum corporis, revulſionemque à corde, hoc eſt expulſionem, indicat, deſumpſi. Ordinavi igitur hoc matutino tempore enema bilioſum iſtum humorem è ſuperioribus primæ regionis partibus evacuans, quatuorque cucurbitulas ſcarificatas dorſo natibuſque applicandas.

℞. *Diacathol.* *Flor. caſſ. an.* ℥. iij.
Ol. viol. ℥. iij.
cum brodio carnis parum f. clyſter.

Horâ primâ noctis dum domum redirem, puellam cum magna ſiti abſque ulla morbillorum efflore-
ſcentia

ſcentia poſt cucurbitularum applicationem inveni: alteri indicationi, quæ expulſionem ſeu revulſionem à corde indicat, volui obedire,& propterea, vigente paroxiſmo, ſequentia remedia præſcripſi.

℞. *Lapid. bezoard. gr.* xij. *Iulep. de gem.* ℥. j. *Cornu cerv. ppat.* & *pulv.* ℈. j.

m. & *ſuperbibat.*

℞. *Seri deſtill.* ℔. s. *Spirit. vitriol. gut.* iiij. *Syr. de limonib.* ℥. j.

m. f. julep.

4. Omnino manè, corpus puellæ inſpiciens, quamplurimos morbillos hoc eſt, copioſa rubra tubercula per totum dorſum obſervabam, famulâ, à copioſo ſudore quod per horas puella dormiviſſet, referente. Corpus non ſolummodo benè ab enemate antecedenti die, verum &

naturaliter hodiè dejecerat: Pulſum obſervans magis validum minuſque frequentem, linguamque humiditate naturali præditam inſpiciens, lugentem matrem conſolavi, morbi vigorem nos ſuperaſſe affirmando. Hoc matutino tempore nihil niſi brodium ſemine melonum, vitello ovi & ſucco limonum alteratum propinabam, & quia decoctum, quod pro potu ordinaveram, puella reſpuebat, hunc ſequentem juleppum ad eundem finem præſcribebam.

℞. *Aq. acetoſ.* ℔. vj. *Acciditat. cit.* ℥. ij. *Spir. vitriol. gutt.* vj. *m. f. julep. pro potu ordinario.*

5. Febris quidem paroxiſabat, ſed nulla tamen inquietudine, neque manuum tremore affligebat, pulſuſque

ue altiores cum recuperato virium
bbore obſervabantur: ſolummodo
n paroxiſmo puella multum ſitie-
at,ordinabam ut ſiti ſuccurrerem.

℞. *Seri deſtill.* ℔.s. *Spirit. vitriol. gut.* v.
m.

6. Ad materiæ febrilis conco-
ctionem matutino tempore propi-
nabam brodium herbis

Boragine. Violis. Endiv. Acetoſ. Cremor. tartari ℥.j.
alteratum, & quia corpus excre-
menta non dejecerat, injiciebatur
ſequens enema.

℞. *Lact. comm.* ℥.vj. *Saccari rubr. Butyr. recent. an.* ℥.ij.
m. f. clyſter.

Nocturno tempore dormiendo
in

in paroxiſmi declinatione incœpit ſudare, qui ſudor, ſeptimo magis copiosè profluens, puellam noſtram ex toto ſanitati reſtituit. ad humores tamen craſſiores & jam concoctos, expurgandos, propinabam die octavo

℞. *Rhabarb. pulv.* ℈. iij. *Crem. tart.* ℈. iiij. *Spic. nard.* ℈. j.

In aq. acetoſ. ℥. iij. *f. per noctem ſuper cineres calidos infuſio manè colaturæ adde mannæ elect.* ℥. ij. s.

pot. alb. ovi clarif.

1. *Obſ.* Quod ſicuti variolæ ætati puerili ſint propriæ, ita quoque & morbillos huic ætati eſſe familiares: ſolent tamen pueri primo variolis, deinde morbillis laborare, imò quibus maternus ſanguis in variolis benè purificatur, iiſdem aliquando morbilli non ſuperveniunt.

2. *Obſ.*

2. *Obſ.* Quod ſicuti variolarum eſſentia conſiſtit in ſanguinis materni defœcatione, ita quoque & morbillorum eſſentiam non eſſe aliud quam replicatam ſanguinis materni à natura defœcationem. Igitur, ſicuti in variolis natura benè operatur fœces materni ſanguinis ad ambitum corporis è venis expellendo, & ſicuti medicus naturam adjuvare debet, ubi vel non, vel tarde eaſdem expellit, ita quoque & natura operatur cum conferentia, ubi morbillorum materiam cito & ſufficienter expellit, contrarium vero ſi operetur, à medico in ſua expulſione eſt adjuvanda, quoniam & morbillorum materia in venis retenta acutiſſimas malignas febres producit, quamvis tamen ordinariè morbilli à mitiori febre quam variolæ concomitentur. Igitur in hiſce

hiſce malignis febribus primo humores in venis putredine & malignitate propter obſtructiones afficiuntur, ob quam in venis ebullitionem ſanguinis deinde materni fermentatio reſultat, in qua ſi natura citò & ſufficienter fœces expellat, mitiores febres fiunt, ſi verò in contrarium operetur, fortiores febres & acutiores ob retentionem harum fœcium ſuperveniunt.

3. *Obſ.* quod ſicuti adultis, ubi variolis laborant, venam aperire non liceat, quod tamen à primaria materiæ morbificæ in maligna febre indicatione deſideratur, ita quoque ſi illi morbillis laborent, vena illis præſentibus non eſt aperienda, etiamſi primariò ab humore febrili in venis indicetur, quoniam, ut dixi, venæ ſectione natura in expulſione impeditur, quæ in hac expulſione eſt adjuvanda;

anda; quà propter cucurbitulis ſca-
ificatis res peragenda & illis eſt ſi-
nul & ſemel tum indicationi quæ
b humore febrili, tum etiam indi-
ationi quæ à fœcibus materni ſan-
uinis deſumitur, inſerviendum.

4. *Obſ.* Sudorem ilicò nos pro-
ocaſſe immediatè poſt ſanguinis
er cucurbitulas emiſſionem; quo-
iam, cum illâ medici operatione
atura maximè in expulſione adju-
etur, ſi ſimul cum cucurbitulis adhi-
eatur, à medico hæc operatio eſt
eſtinanda, præſertim cum nulla in
naligno humore concoctio ſit ex-
ectanda, verum ilicò, ut docuimus,
oſt univerſales evacuationes ſudo-
e ſit expellenda. Quod non ſolum-
nodo in malignis febribus quæ à
norbillis concomitantur, neceſſa-
ium, verum & in illis, quæ cum va-
iolis, petechiis ſimilibuſque exan-
thema-

thematibus conjunguntur, obſervari debet à medico quam diligentiſſimè.

CAPUT VIGESIMUM.

PUella octo annorum, conſtitutionis macilentæ & in fuſca facie aliquantulum à ſanguine tincta rubro colore, viſionis ſuavis & modeſtiſſimæ, incidit hoc autumnali tempore in calorem continuò, ſed magis à pomeridiano tempore uſque ad mediam noctem affligentem. Primo & ſecundo die hic calor, cum vomitu materiæ amaræ, exacerbabat, tertio tamen die ſolummodo cum oris amaritudine, ſiti, magna in pulſu frequentia, corporis anxietate, ſine vomitu tamen, exacerbabat. Parentes medicum ordinario familiæ inſervientem advocarunt, qui hæc febris ſigna diligenter obſervans, judicavit puel-

puellam noſtram melancholici, ut plurimum ex parte tamen ſanguinei temperamenti, duplice tertiana maligna febre laborare. Quapropter primo hoc die, qui tertius erat morbi, ilicò injecit enema ad primarum viarum mundificationem, quod primo in hac maligna febre à medico ſecundum indicationes curanti eſt exequendum.

℞. Brod. carnis parum Diſſol. flor. caſſ. ʒ.vj. *Mell. viol. ſolut.* ℥.ij. *m. f. clyſter.*

4. Puella ab enemate benè quidem dejecerat, ſed nihilominus continuabat cum anxietate circa ventriculum ſitis, oriſque amaritudo. Febris cum magna in pulſu frequentia augmentum aſſumebat. Quæ duo medicus cum obſervaret, ad majorem primarum viarum mundificationem, clyſterem

ſterem non injecit ſolummodo, verum & ſequentem præſcribebat placentulam, ſimul quatuor natibus & dorſo applicans ſcarificatas cucurbitulas, quibus ſanguinem ad quinque circiter uncias extrahebat, ut ſic ſecundæ in maligna febre, quæ ab humoribus in venis deſumitur, indicationi inſerviret.

℞. *Saccari rubr.* ℥.ij. *Flor. caſſ.* ℥.ſ. *Cremor. hord. parum.*
f. clyſter.

℞. *Pulpæ tamarind.* ʒ. iiij. *Sem. citr.* ℈. j.
m. f. placentula.

5. Sed cum puellæ arida tuſſis, difficultas in inſpirando cum pungitivo dolore ſub coſtis nothis in dextro latere, febriſque augmento ſuperveniret, incæpit medicus de interna

pleuræ

pleuræ nimirum inflammatione dubitare: quod parentes obſervantes, me tanquam ſecundum medicum ad curationem hujus morbi advocarunt. Qui cum primo medico conſentire non poteram huic febri internam pleuræ inflammationem ſuperveniſſe, verum hæc omnia ſymptomata pariter & notabile febris augmentum à lumbricis dependere, affirmabam; laudabam tamen & approbabam de maligna bilioſa febre in principio augmenti jam conſiſtente opinionem, ſed cum parentes nobiliſſimæ puellæ inſuper obſervaſſent dentium ſtridores, in ſomno tremores &c. Tenſaque eſſent aliquantulum hypochondria, quæ omnia ſimul unita, ſigna ſunt vermes, efficaciſſimè indicantia, medicus primo advocatus mecum tandem conſentivit noſtram puellam duplice ter-

ce tertiana maligna febre tanquam primario morbo laborare , quæ à lumbricis, non autem ab inflammatione concomitabatur: cum autem haberemus acutam malignam febrem in principio augmenti conſiſtentem, & primus medicus in principio hujus febris ſanguinem per cucurbitulas ſcarificatas doctè evacuaſſet, nullam de alio ſanguine mittendo fecimus, magna tamen adhuc febre exiſtente, mentionem, ſed ilicò ab eo quod hanc febrem augmentabat, hoc eſt, à lumbricis deſumens indicationes, qui ad inferiores partes alliciendi , interficiendi & evacuandi ſimul cum putrefacta materia è qua naſcuntur, ordinavimus unanimi conſenſu clyſterem allicientem, ſimul per os, propter tuſſim pungitivumque dolorem , ſequentem, quæ ſimul vermes necabat, offerentes potionem

℞. Lact

℞. *Lact. comm.* ℥.v. *Diſſolv. ſacc. rubr.* *Butyri recent. an.* ℥.ij.
m. f. clyſter.

℞. *Ol. amigd. dulc. recent. expr.* ℥.iij.
Succi limon. ℥.j. *Saccar. finiſ.* ℥.s.
m. f. pot. b.

Veſpertino tempore ſimul redientes, obſervavimus hanc tuſſim, dolorem pungitivum &c. aliquantulum mitigata, ſed febris tamen poſt honeſtam à clyſtere dejectionem, cum magna in pulſu frequentia, tremore motibuſque convulſivis, celeri reſpiratione, magna ſiti linguæque ariditate tempus augmenti percurrebat. cum febris paroxiſaret, ordinavimus ſequentem juleppum qui febrilem calorem non ſolummodo extinguebat, verum & vermes necabat.

℞. *Aq. acetoſ. graminis an.* ℥. ij.
Syr. de limonib. ℥. j. *Spir. vitriol. gutt.* v. *Gelatin. cor. cerv.* ℥. s.
m. f. julep.

6. Puella tranſacta nocte aliquantulum, ſed cum magno dentium ſtridore dormiverat, continuabat tamen cum dolore pungitivo & eximguo faciei rubore arida & frequentiſſima tuſſis. Replicavimus clyſterem jam dictum, oleumque amigdalarum dulcium ſucco limonis perlmixtum per os propinavimus, ſimul pro potu ordinario præſcribentes ſequens decoctum.

℞. *Corn. cerv. raſp.* ℥. s. *Pulp. tamarind.* ℥. v.
Coque in ſuff. aq. quantitate ad tertiæ partis conſumptionem, f. colatura: cui adde Syr. de limonib. ℥. j. s.
m. f. pot. ord.

Veſpere

Veſpertino tempore eadem hora concurrentes, & alvi à clyſtere & ab oleo deiectionem inſpicientes, quatuor lumbricos in excrementis cum puellæ nobiliſſima matre obſervavimus, puellam interrogantes utrum in inſpiratione dolorem pungitivum adhuc ſentiret, &, quod non, cum affirmaret, neque amplius adeſſet illa frequens & ſicca tuſſis, obſervavimus, ut rectè in principio iudicaverã, hæc omnia ſymptomata à lumbricis dependere: in pulſu obſervantes mitiorem febrem, vidimus inſuper febrem à lumbricis notabiliter adaugeri. Hoc tempore nocturno, paroxiſante febre, ordinavimus iuleppum plurimis indicationibus à materia febrili & vermibus deſumptis, inſervientem.

℞. Aq. tot. cit. Acetoſ. Graminis. Seri deſtill. an. ℥. j. Syr. de limo-

 nib.

nib. ℥. j. s. *Marg. ppt.* ℈. s. *Conf. alkerm.* ℈. j. *Gelatin. corn. cerv.* ℥. s. *m. f. Iulep.*

Mitiori quidē modo puella ægrotabat, eo quod à frequenti tuſſi, dolore pungente &c. jam eſſet liberata, ſed tamen maligna febris cum magna pulſus frequentia & debilitate augmenti tempora percurrebat. Cōſideravimus huius morbi temporis indicationes, in quo cum malignus humor magna vehementia ad cor proſerperet, erat à corde revellendus, quapropter poſt tenuem cœnam, declinante paroxiſmo, ſequens ſudoriferum propinavimus, quod ſimul ſomnum provocabat, quia multum puella vigilaverat.

℞. *Sem. 4. frig. mai. an.* ʒ. j. *Amigd. dulc.* ℥. j.

Contunde, & cum aq. acetoſ. ℥. iiij. *f. emulſio. cui adde Lapid. bezoard.*

gr.

gr. viij. *Marg. ppt.* ℈ s. *Syr. de limonib.* ℥. j.

8. Dormiendo puella honeſtè ſudaverat, ſed tamen cum corpus nihil evacuaret, hoc matutino tempore clyſterem ordinavimus, eidem cremorem hordei pro cibo ſucco inſtaurante & limonis alteratum, offerentes.

℞. *Saccar. rubr. Butyr. recent. an.* ℥. ij. *Lact. parum ut f. clyſter.*

Veſpertino verò tempore, quo enema magnam quantitatem craſſiorum flavorum excrementorum expurgaverat, nihil alterantem juleppum in vigore paroxiſmi præſcripſimus.

℞. *Seri deſtill. Aq. graminis Acetos. an.* ℥. ij. *Aciditat. citr.* ℥. j. *Spirit. vitriol. gutt.* vj. *Corn. cerv. ppat. gr.* iiij.

m. f. Iulep.

9. Puella tota nocte deliraverat, neq; matutino tempore mente adhuc cõſtabat. Linguam inſpicientes, magnam in eadem flavam ariditatem obſervavimus, dentesque præ ſiccitate ſplendeſcebant: urina aderat tenuis hoc eſt aquoſa cum parva nubecula: tandem pulſum obſervantes cum magna debilitate frequentem, prognoſticavimus mœſtis parentibus magnum puellæ vitæ periculum imminere, morbum tamen in vigore jam conſiſtere, cui ſi vires per paucos dies reſiſtant, *(a)* naturam adhuc morbum poſſe ſuperare, de quo tamen in medico nihil certi. Nos autem conſiderantes malignos vapores non ſolum copioſè ad cor confluere, verum etiam, cerebrum ipſum affligendo, deliria hæc producere, ordinavimus hoc matutino tempore revellens

(a) Hip. Sect. 2. Aph. 19.

vellens ab utraque parte remedium, nimirum duo veſicatoria cruribus applicanda. Tempore vero veſpertino naturam infirmæ confortavimus ut morbo in vigore conſiſtenti, reſiſtat, tandemque victoriam, finito morbi vigore, obtineat.

℞. *Iulep. de gem.* ℥. *j*, *Syr. de limonib.* ℥. s. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈. s. j. *Marg. ppat. gran.* iiij. *Lapid. bezoard. gr.* vj. *Corn. cerv. ppt.* ℈. s. *m. f. Iulep.*

Tandem poſt tenuem cœnam, ut Hipp. (*b*) hoc morbi tempore imperat, emulſionem ſubſequentem ſomnum aliquantulum provocantem, propinavimus.

℞. *Sem. melon. contuſ.* ℥. j. *Amigd. dulc.* ℥. *j*. s. *Papav. alb.* ʒ. *j Contunde, & cum aq. acetoſ. Tot. cit. an.* ℥. *j*. s. *f. emulſio, cui adde*

 Gela-

(b) Sect. 1. Aph. 8.

Gelatin. corn. cerv. ℥. j. *Manus Chriſt. perlat.* ʒ. ij.

10. Adhuc puella delirabat, quæ tamen per intervalla aliquantulum dormiverat. Corpus cum nihil dejiceret, ordinavimus enema & ſubſequentem antè cibum placentulam.

℞. *Saccari rubr. Butyr. recent. an.* ℥. ij. *Flor. caſſ.* ℥. s. *Lact. parum ut. f. clyſter.*

℞. *Pulpæ tamarind.* ʒ. iiij. *Sem. citr.* ℈ s. *m. f. auro cooperta placentula.*

Veſpertino tempore multa excrementa non ſolummodo, verum & duos vermes dejecerat, febre tamen cum magna ſiti exacerbante. Propinavimus vigente paroxiſmo.

℞. *Seri deſtill. caprin.* ℥. iiij. *Spir. vitriol. gutt.* iiij. *Syr. de limonib.* ℥. j. *m. f. Iulep.*

Circa mediam verò noctem poſt tenuem cœnam ſequentẽ obtulimus emulſionem. ℞. *Amygd.*

℞. Amigd. dulc. ℥. j. s. Sem- melon. ℥. j. Acetoſ. Cit. an. ℈. i. Contunde, & cum aq. tot. cit. ℥. iiij. f. emulſio cui adde manus Chriſt. perlat q. ſ. ad gratam dulcedinem.

11. Puella multum de dolore veſicatoriorum conquerebatur, meliusque hac nocte quam anteriori dormiverat: linguam inſpicientes, propter minorem ariditatem magis arridebat, urina craſſioris ſubſtantiæ nubem magnam unitam & fundum matulæ attingentem demonſtrabat. Pulſum tandem invenientes altiorem magisque temperatum, benè incœpimus de ſalute puellæ noſtræ; præſertim quia & mente conſtabat, ſperare. Hoc tempore matutino obtulimus brodium cum.

Boragine, Violis, Acetoſ. German. Et ſemine citri.

Decoctum, vitellum ovi cremori hordei permixtum pro prandio ſimul præſcribentes.

12. Quia corpus excrementa non dejecerat, clyſter ſequens matutino tempore injiciebatur.

℞. *Siccari rubr.* ℥. ij. *Flor. caſſ.* ℥. s.
Cremor. hord. parum.
f. clyſter.

Veſpertino verò, paroxiſante febre, ebibebat ſequentem julep-pum.

℞. *Aq. tot. citr. Cord. Saxon. Acetoſ.*
Seri deſtill. an. ℥. j. *Syr. acetoſ.*
℥. j. s. *Spir. vitriol. gutt.* v.
m. f. Iulep.

13. Incœpit ſudare, decimo verò quarto copioſiori ſudori profluente ſanitati eſt reſtituta.

15. Tamen cum alvus excrementa non expurgaret, fuit injectu clyſter communis, & decimo ſepti-

mo

mo aſſumpſit absque ulla contradi-
ctione, quod raro in pueris contingit,
purgantem electivè potionem.

℞. *Fol. ſenn. mundif.* ʒ. j. s. *Rhabarb.* ℈. ij. *Cremor. tart.* ʒ. j. *Sem. citr.* ℈ j. *Pulv. ſuper cineres. calidos per noctem in ſuff. aq. acetoj. qte. macerentur manè colaturæ.*

℞. ℥. iiij. *in quibus diſſolv. Mann. elect.* ℥. j. s.

f. pot. clarificata.

1. *Obſ.* Febres puerorum non ſolummodo malignas verum & ſimpliciter putridas ſæpiſſimè à lumbricis concomitari, quapropter febres à lumbricis concomitatas eſſe ætati puerili magis quam aliis ætatibus familiares, quamvis tamen hæ febres à lumbricis concomitatæ aliquando ita ſint crudeles ut nulli ætati parcant, uti ante aliquot annos in hac urbe Veneta obſervavimus, quando

autumnali tempore non ſolummodo pueros verum cuiusque ætatis adultos cum multorum morte affligebat. Quod non mirum, cum in hac urbe Veneta populus horarios fructus avidiſſimè devoret, ob quorum copiam vermes in humano corpore in quantitate generari, cui non notum?

2. *Obſ.* Vermes aliis remediis eſſe necandos ubi febrem concomitantur, aliis vero ubi ſine febre corpus humanum afficiunt, quoniam ubi cũ febre cõiunguntur, necandi ſunt remediis quæ frigida acidaque pollent qualitate, qualia nos puellæ noſtræ, & inter quæ ſpiritus vitrioli primum locum obtinet, præſcripſimus: ubi vero ſine febre in corpore humano reperiuntur, eosdem medicamentis amaris calidisq; interficere licet. Mihi iſto in caſu in uſu eſt ſequens pulvis Mynſichti cui aliqua adjunxi ingredien-

dientia,& ut talem, hic ad puerorum ſalutem per accidens adjungam, quoniam abſente febre, unicum eſt & momentaneum remedium.

℞. Sem. corallin. ℥. ij. *Comar. tanaceti, Centaur. minor. Camph. an.* ʒ. s. *Raſur. carn. cerv. Myrrh. rub. Rhabarb. elect. an.* ʒ. j. *Rad. turbith.* ʒ. ij. *Sem. cinæ opt.* ʒ. v. *Zedoariæ.* ʒ. iij. *Citri.* ʒ. ij. *Mercur. dulc.* ʒ. iij.

m. f. Pulv. ſubtiliſ. qui cum lacte vel vino dulci &c. propinetur. Doſis à ℈. j. *ad* ʒ. s. *pro ratione ætatis.*

Mulierculæ non ſolummodo in Francia, verum & in Germania inferiore & ſuperiore aliquibusque partibus Italiæ, audent decoctum mercurij infantibus & pueris, ut vermes interficiant, propinare, quod, ut

verum fatear, peſtis ipſumque vermibus venenum exiſtit, non tamen laudo frequentem ejusdem decocti uſum, quia cum infantes nervoſas partes adhuc omnino teneras debilesq; obtineant, facilè nimis frequens Mercurii uſus iisdem damnum afferet.

3. *Obſ.* Ubi vermes cum febre, dolore punctorio & tuſſi ſicca, uti in caſu noſtro, conjunguntur, magnũ tum eſſe oleum amigdalarum dulcium ſucco limonis permixtum, ſi per os propinetur, remedium, præcipuè ſi eodem tempore clyſteres dulces, vermes allicientes, injiciantur, quoniam vermes omnia olea maxime fugiunt, & ſic ad inferiores partes, in quibus ſi gratum alimentum inveniunt, velociſſime deſcendunt, ubi illa graviora ſymptomata non amplius inducunt.

4. *Obſ.* Medico in praxi hunc caſum

ſum cum tuſſi & dolore à lumbricis cauſato ſæpiſſime non ſolummodo occurrere, verum & aliquando ab obſtinatis & doctioribus mulierculis quaſi perſuaderi iſto in caſu infirmum pleuritide laborare, in quo tamen caſu prudentia medici opus eſt, neq; ob non fundatum ſed potius timidum mulierculæ judicium & ipſe errare debet, verùm è contrario diligenti ſua & docta obſervatione unum morbum ab alio diſtinguet, remediaque ſecundum ſuam doctrinam morbo afferat.

5. *Obſ.* Lumbricos, etiamſi febrem malignam concomitentur, non tamē per ſe malignæ febris remedia prohibere, quapropter ipſis præſentibus ſanguis poteſt emitti, aliaque febri malignæ remedia poſſunt applicari, quoniã nihil mutant in indicationibus, niſi vomitum, alvi fluxum, &c.

pro-

provocarent. In quo caſu malignæ febris indicationes à ſymptomate lumbricorum non autē ab ipſis lumbricis prohibentur. Hoc igitur, ubi vermes in maligna febre reperiuntur, eſt obſervandum, ut omnia, quæ ratione febris applicentur, ſimul ſint lumbricis remedia: uti in caſu noſtro per totum morbi decurſum obſervavimus.

6. Obſ. Inter pueros, illos, qui temperamentum habent ſanguineū, melancholicum vel œdematoſum magis vermibus eſſe obnoxios illis, qui bilioſo præditi ſunt temperamento, quoniam ſua acrimonia bilis eſt lumbricis venenum: ſed ut pueri, cujuscumq; ſint temperamenti à vermibus præſerventur, primum remedium eſt ipſa victus ratio, in qua ſi à copioſis carnibus, fructibus, lacticiniisq; abſtineant, ſolisque ſuis panatellis ovis

&c. mo-

&c. moderatè alantur, absque dubio ſaniores vivent illis, qui multas carnes fructusque devorantes, intemperatè cibantur.

7. *Obſ.* Dum medicus ſecund9 in cõſultatione advocatur, non ſufficere quod de morbi eſſentia cauſaque ejusdem indicet, verum & maximè morbi tempus, in quo advocatur, debere obſervare: quoniam cognita eſſentia & cauſa morbi doctè poterit ab iisdem indicationes deſumere ſi tempus morbi in quo advocatur diligenter obſervet. Quod tamen adhuc non ſufficit, quoniam & conſiderandum ſymptoma, quod febrem hoc tempore concomitatur, cujus cauſam, indicationes &c. afferre debet, ſi ſcholaſtico modo & erudite conſultare deſiderat.

8. *Obſ.* Nos puellæ noſtræ veſicatoria applicaſſe morbo in vigore conſiſten-

ſiſtente, quoniam hoc morbi tempore, ſi gravia morbo ſymptomata, quibus veſicatoria conferre poſſunt, ſupervenient, non ſunt omittenda, uti primo capite hujus tractatus largè demonſtravimus. Ex quo evadit manifeſtum quod ab ætate puerili veſicatoria non prohibeantur.

9. *Obſ.* Extincta malignitate febris, nos tandem purgans electivè ad craſſiores jam concoctos morbi humores evacuandum medicamentum, ſed tamen ante hoc clyſterem præſcripſiſſe, quod ſicuti in hoc caſu ita in omnibus malignis febribus antè purgans medicamentum eſt obſervandum, & à nobis in omnibus relatis caſibus eſt obſervatum, quamvis brevitatis cauſa non adnotaverim, & ratio eſt, quia inferioribus inteſtinis & prima corporis regione mundificata feliciori cum ſucceſſu, minorque mole-

moleſtia purgans medicamentum operatur.

10. *Vermes* non raró periculoſiſſimos morbos in pueris uti epilepſias, convulſiones &c. cauſare, de quibus tamen nihil hoc capite, in quo ſolummodo febris tertianæ malignæ à lumbricis concomitatæ curationem deſcribere ad ſalutem proximi intendimus. Sufficit medico eſſe notum majus huius malignæ febris eſſe periculum ubi à lumbricis concomitatur, quoniam ſi per ſe lethalibus morbis pueros afficiunt abſente febre, ubi cum febre coniunguntur periculoſa, nonne erit magis tum à medico propter illorum præſentiam timenda? recordare ſymptomatum quæ improvisè ſæpiſſimè producunt, & ratio tibi erit evidentiſſima.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

PUerulus trium annorum, corpore carnoſus ſed flaccidioris ſeu mollioris ſubſtantiæ, oculis pallidioribus in facie albeſcente præditus; hoc menſe Octobris incidit in calorem continuò ſed à pomeridiano tempore per totam ferè noctem magis affligentem: humorem deinde evomebat flavum valde amarum cum pulſu frequenti & à morbo, ſolummodo principium percurrente, debilitato. Medicum parentes advocarunt qui familiæ ordinario inſerviebat, qui hæc omnia febris ſymptomata doctiſſimè obſervans, iudicavit puerulum pituitoſi (*a*) temperamenti duplice tertiana maligna febre laborare, (*b*) eamque ex putredine & maligni-

(a) Temper. infirmi (b) Eſſent. & cauſa morbi

gnitate humoris ut plurimum bilioſi liquantulum tamen & pituitoſi in enis propter obſtructiones reſulta-e, undè (c) indicationes obſervans jã epè à me aſſignatas, curam hoc modo eſt aggreſſus.

(d) 1. Clyſterem ad primarum viarum mundificationem præſcripſit.

℞. *Diacatholicon. Flor. caſſ. an.* ℥. ij.
Mell. viol. ſol. ℥. ij.
rodij carnis parum ut f. clyſter.

A quo puerulus benè dejiciens, eſpere nihil niſi cœnam ex cremore ordei poſt mediam noctem, decli-ante paroxiſmo, ordinavit.

2. Matutino tempore tres cucur-itulas ſcarificatas dorſo natibusque pplicandas ad majorem partem cau-e morbificæ cum ſanguine evacuan-um ordinavit: verſpertino verò tem-ore, paroxiſante febre, brodium.

Bora-

(c) Indicat. (d) Remedia.

Boragine, Violis, Endivia, Carduo-que benedicto.

Alteratum propinabat, ſimul cœnam præſcribens declinante paroxiſmo. Sed.

3. Quo viſitabat die, qui quintus erat, morbi, puerulo superveniebat totius corporis immobilitas cum horrenda oculorum torſione &c. Quod parentes obſervantes, me illicò advocarunt, qui hac convulſione, pulſu, &c. obſervatis, cum primo medico iudicavi puerulum noſtrum duplice tertiana notha maligna febre à ſpaſmo in principio augmenti concomitata laborare, motumq; hunc convulſivum à maligno vapore cerebrũ ſpinalisq; medullæ nervos vellicante provenire. Quapropter eſſe rationes huius convulſionis à capite & nervis revellendum quod ad cerebrũ aſcendit, quod iam influxit, expellendum,

discu-

iſcutiendum &c. nervos corrobo-
antibus remediis, unde ilicò, duran-
e adhuc convulſione (quoniam per
es horas bene durabat) dato pericu-
oſo ſecundum Hipp. huius malignæ
ebris à cõvulſione cõcomitata, pro-
noſtico; ſequentem clyſterem re-
ellentem cum duabus aliis ſcarifica-
s cucurbitulis, ſimul duo veſi-
atoria brachiis applicantes, præſcri-
ſimus.

(b) ℞. Diacathol. ℥. iiij Mell. viol. ſolutiv. ℥. ij. Brodii carnis parum m. f. clyſter. qui ilicò antè cucurbitulas & veſicatoria applicetur.

Quibus remediis applicatis, ve-
pertino tempore convulſio ceſſave-
at, febre tamen augmenti tempus
um pulſu valde frequenti percur-
ente. Propinavimus ad humoris
mali-

(a) Prog. Hipp. Sect. 2. Aph. 26. Sect. 4.
(b) Remedia.

maligni à corde revulſionem ſequens ſudoriferum.

℞. *Aq. card. bened.* ℥. iij. *Sal. ejuſd.* ℈. j. *Lapid. bezoard. gr. iij. Confect. alkerm.* ℈. j. *Iulep. de gemm.* ℥. s. *m. f. Iulep.*

A quo poſt copioſum ſudorem cum melius ſeſe puerulus ſexto die morbi haberet, reliquam curam primo medico relinquens, parentibus ſum congratulatus de vita pueri ſalvata, & valedixi.

1. *Obſ.* Spaſmos ſeu convulſiones morbum eſſe primo infantibus, puerulis deinde puris valdè familiarem, quamvis tamen adultis non ſemper etiam parcat, quoniam in malignis febribus aliquando malignitas reperitur quæ nervis cerebroque humano particulariter contraria, hoſce morbos in omni ætate producat. Hoc tamen obſervandum ſpaſmos in

puer

puerili ætate ſæpius ſine febre quam cum febre accidere, ſed de hiſce alibi. Hic autem ſolummodo intendimus de ſpaſmo, qui in maligna febre à maligno vapore reſultat pertractare.

2. *Obſ.* Spaſmum ſeu convulſionē malignæ febri ſupervenire eſſe non ſolummodo valdè periculoſum, verum & ſecundum Hipp. lethale, & propterea medicum domeſticos debere de hoc magno morbi periculo admonere, ne ſi infirmus moriatur, ob remedia applicata, quæ in hoc caſu feſtinanda, mortuus à vulgo dicatur.

3. *Obſ.* Igitur hucusq; de maligna febre ex bilis prædominātis putredine & malignitate reſultante pertractavimus, nunc eā quæ ab humoris melancholici prævalentis putredine & malignitate dependet, & quidem primo

pro

pro ut per ſe affligit, deindè prout à ſymptomatibus melancholiæ proprijs concomitatur, in ſequenti tractatu deſcribemus.

TRACTATUS SECUNDUS.

DE MELANCHOLICA MALIGNA FEBRE.

CAPVT PRIMVM.

MErcator Venetus, homo macilentus, in facie fuſci coloris, oculosque habens triſtes & modeſtos, hoc menſe Novembris in continuum ſed lente affligentem incidit calorem, qui indies veſpertino tempore per totam ferè noctem exacerbabat, ſine ſiti tamen & abſque linguæ ariditate; ſed cum magno in pulſu languore ſolum,

blum, manuumque tremore, in rincipio morbi affligebat: ego ad-ocatus,& in hoc (a) temperamento t plurimum melancholico hunc notum continui lenti caloris obſer-ans, judicavi ampliſſimum infir-num, qui, ut dixi, melancholici erat emperamenti, (b) triplice quartana ontinua maligna febre laborare. Quæ non eſt niſi continuus lentus alor, indies exacerbans, ex putredi-ie & malignitate humoris melan-holici ut plurimum in majoribus c) venis propter obſtructiones re-ultans. Quapropter, primis viis nundificatis, maxima pars humoris norbifici in principio morbi eſt vacuanda, reliquum deinde quod ubtile eſt & tenuius, in quo reſidet nalignitas, eſt in malignitate attem-erandum & à corde revellendum,

O quod

(a) Temper. infirmi. (b) Eſſent. & cauſ morbi. (c) Indicat.

quod verò craſſioris eſt ſubſtantiæ & in quo maximè putredo viget, eſt concoquendum, & per epicraſin, exſtincta malignitate, expurgandum: obſtructio deindè venarum per totum morbi decurſum eſt aperienda, vireſque infirmi corroborandæ. quæ omnia, quamvis non ſine periculo, febre continua & maligna exiſtente, poſſint à medico exequi; nihilominus tamen ſalutem infirmi in vigore ætatis conſiſtentis abſolutè in hoc morbo longo & acuto ex decidentia, ſperamus, præcipue cum ſimplex ſit morbus, à nullo gravi ſymptomate, febriles mutante indicationes, concomitatus. Prima igitur hac viſitatione, ſecundo nimirum die morbi, ordinavi, ut primæ ſatisfacerem indicationi, ſequens enema.

℞. *Elect.*

℞. *Elect. lenitiv.* *Diacatholicon.*
Flor. caſſ. an. ℥. s. *Mell. viol. ſol.* ℥. iiij.
Cum brodio carnis q. ſ. miſc. & f. clyſter.

A quo multum infirmus veſpertino tempore dejecerat, nihilque niſi cœnam ex tenui, ad inſorbiendum, victu, horâ octavâ noctis, paroxiſmo declinante, præſcribebam.

3. Die matutino tempore venam in ſiniſtro brachio juſſi aperiri, ſanguiniſque ad ſeptem uncias evacuationem imperavi, propinans quartâ horâ noctis brodium

Buglоſſa, Boragine, Violis, Endivia, Meliſſa, Scorzonegra, Fumaria & Succo limonis alteratũ.

Poſt quod, declinante paroxiſmo, ut ſupra, cœnavit.

4. Magna exiſtente, cum manuum tremore, in pulſu debilitate, ilicò

 pro-

propinavi jam dictum brodium herbis & ſcrupulo uno margaritarum alteratum; poſt quod prandit, & vigente paroxiſmo, cum adeſſet ſitis, juleppum ordinavi ſequentem.

℞. *Seri deſtill. Aq. borag. Viol. an.* ℥. iij. *Hordei. meliſſæ. Scorzo neg. an.* ℥. ij. *Iulep. viol.* ℥. ij.
m. f. julep.

5. Corpus nihil dejecerat, & propterea matutino tempore clyſter ſequens injiciebatur.

℞. *Mell. viol. ſol.* ℥. vj. *Elect. lenit.* ℥. j. *Cum brodio carnis f. clyſter.*

6. Cum patiens de capitis dolore: ipſum per totam noctem affligente: conquereretur, quem à vaporibus ex melancholico putreſcente ſanguine:

guine elevatis cauſari judicabam, imperavi quinq; hirudines hæmorrhoidalibus venis applicandas, tempore vero veſpertino præſcribebam ſomniferam ſubſequentem emulſionem.

℞. *Sem. melon.* ℥.ij. *Amigd. dulc.* ℥.i.s. *Papav. alb.* ʒ.iij.

Contunde, & cum aqua borag. ſcorzoneg. an. q. ſ. f. emulſio, cui adde margarit. ppat. ℈. s. *man. Chriſt. perlat. q. ſ. ad gratam dulcedinem.*

7. Magna exiſtente virium debilitate cum pulſus frequentia, propinabam cum brodio ſcorzonegræ tempore matutino antè cibum.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ʒ.s.

Veſpertino verò vigente febre ebibebat.

℞. *Aq. Meliſſ. Boragin. Bugloſſ. Violar. Hord. an.* ℥.iij. *Acidit. citr.* ℥. ij. *Spirit. vitriol. gutt.* x. *Iulep. gem.* ℥.s.
m. f. julep.

8. Corpus nihil evacuabat, & propterea enema primam corporis regionem abluens præſcribebam.

℞. *Diacatholicon.* ℥.j. *Elect. lenitiv.* ℥.s. *Mell. viol. ſol.* ℥.iiij.
Cum brodio carnis q. ſ. m. & f. clyſter.

9. Corpore à clyſtere benè expurgato, febris cum manuum tremore pulſuſque frequentiâ & debilitate continuabat. Brodium herbis & cremore tartari alteratum duas horas antè prandium, vigente deinde paroxiſmo, ſequentem juleppum offerebam.

℞. *Aq. ſcorzoneg. Meliſſ. Borag. Tot. citr. an.* ℥. ij. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈. j. *Iulep. de gem.* ℥. i. s.
m. f. julep.

10. Solo tenui cibo, obſervato paroxiſmi tempore, vivebat.

11. & 12. Cum corpus excrementa evacuaret, nihil fuit præter alteratum brodium matutino & etiam paroxiſmi tempore ordinatum.

13. Magna exiſtente virium debilitate antè brodium alteratum aſſumpſit ſubſequentes bolos confortantes.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈. j. *Margar. ppt.* ℈. s.
m. f. bol.

14. Cum corpus matutino tempore nihil dejiceret, clyſter injiciebatur.

℞. *Decoct. emoll. p. clyſtere.* ℔. j. *Diſſolv. Diacathol. Elect. lenit. Flor. caſſ. an.* ℥. iij. *Mell. viol. ſol.* ℥. iij.
f. clyſter.

Veſpertino verò tempore dum redirem, magna obſervabatur cum corporis inquietudine in pulſu frequenti debilitas, quæ prævalentem malignitatem cor opprimentem cum indicaret, ordinavi in paroxiſmi vigore ut ſequens à corde revellens malignitatem remedium aſſumeret, brodiumque alteratum calidè ſuperbiberet.

℞. *Confect. alkerm.* ℈. j. *Lapid. bezoard. occid. gr.* xx. *Marg. ppt.* ℈. s. *Acidit. citr. parum*
m. f. bol.

15. Poſt copioſum ſudorem æger mitiori

mitiori modo laborabat, demonſtrante tamen pulſu continuare adhuc cum febrili putredine malignitatem: quapropter matutino tempore ilicò præſcribebam brodium.

Scorzoneg. Borag. Bugloſſ. Violis. & Margarit. ad ℈.j. *alteratum.*

Nocturno verò vigente paroxiſmo, ebibebat.

℞. *Aq. tot. citr. Scorzoneg. Bugloſſ. Borag. Spirit. vitriol. gutt.* x. *Iulep. de gem.* ℥.j.
m. f. Iulep.

16. Matutino tempore, naturâ excrementa non evacuante, ordinari ſequentem clyſterem & paroxiſante febre, cum brodio alterato aſſumebat ſequentes bolos confortantes.

℞. Lact. q. ſ. Diſſolv. ſaccari rub. Butyr. recent. an. ℥. iiij.
f. clyſter.

℞. Conf. Hiacinth. Alkerm. an. ʒ. s. Marg. ℈. s. Magiſt. perlar. gr. iiij.
m. f. bol.

17. Cum aliquantulum ſitiret, matutino tempore cum alterato brodio propinabam cremorem tartari ad quatuor dragmas.

18. Corpus honeſtè dejecerat, continuante in frequenti pulſu magno languore. Dum paroxiſmus in vigore conſiſtebat, propinabam

℞. Seri deſtill. Aq. ſcorzoneg. Tot. cit. Bugloſ. an. ℥. iij. Syr. de limon. ℥. s.
m. f. julep.

19. Referebat infirmus quod tota nocte

noćte nihil dormiendo, maximè fuiſſet inquietus, maximeque debilem ſe ſentiret, & mœrore afflictus, judicans ab hoc morbo ipſi brevi moriendum, luctuosè ſuſpirabat. Matutino tempore ilico brodium margaritis & ſucco inſtaurante alteratum cum tenuiſſimo, ſed frequentiori cibo offerens, præſcripſi; declinante paroxiſmo, ſequentem ſudoriferam & ſomniferam emulſionem.

℞. *Sem. melon.* ℥. ij. *Amigd. dulc.* ℥. j. s. *Papav. alb.* ʒ. iij.

Contunde & cum aq. ſcorzoneg. tot. cit. q. ſ. f. emulſio cui adde

Lapid. bezoard. gr. xx. *Marg. ppt.* ℈. s. *Iulep. de gem.* ℥. j. *Conf. alkerm. Hiacinth. an.* ℈. j.

20. Dum matutino tempore amplissimum virum inviſitarem, ad-

huc copioſè ſudabat, hilariorique vultu & voce generoſiori mihi ad omnia reſpondebat. Brodium ut ſupra alteratum calidè ipſi ilicò offerebam, tempuſque cibandi ſolum hoc matutino tempore præſcribebam, veſpertino, continuante adhuc ſudore, præſcribebam brodium

Carduo benedict. Scorzoneg. Fumar. Boragine. Bugloſſa. & Succo limonis alteratum.

21. Adhuc ſudore madefactus melius omninò ſeſe æger ſentiebat. Sed ego, cum pulſum obſervarem altum & validiorem minuſq; frequentem, infirmo indicavi nos non ex toto febrem, ſed ſaltem in febre malignitatem ſuperaſſe, nunc verò febrem cum ſola putredine continuare, atq; ita morbum eſſe minus periculoſum, extin-

extſtincta quæ multos jugulat, malignitate. Ordinavi hoc die ſola præparantia, tempuſque cibum oſtendendi.

℞. *Aq. Boragin. meliſſæ, Fumariæ, Bugloſſ. Endiv. an.* ℥. ij. *Syr. de pomis Fum. terræ Violar. an.* ℥. j.

m. f. julep.

Quem nocturno tempore, paroxiſante febre, infirmus aſſumat.

22. Ampliſſimus dominus referebat, quod gravitatem circa ventriculi regionem in hypochondriis & maximè in ſiniſtra parte ſentiret. Eidem blandè purgans medicamentum ordinavi.

℞. *Elect. lenitiv.* ʒ. viij. *Cremor. tart.* ʒ. ij.

m. f. auro cooperta placentula, quam ſumat

ilicò

illicò,& ſuperbibat brodium.

Borag. Bugloſſ. Violar. Endiv. Fumar. Hordeoque alteratum.

A quo veſpertino tempore infirmus honeſtè evacuaverat, continuante febre ſola putredine peccante.

23.24.& 25. Sola præparantia forma juleppi, brodiique alterati propinavi, ſed

26. Matutino tempore cum corpus nihil dejiceret, ordinavi ſequentem clyſterem, & ſimul potionem electivè purgantem pro vigeſimo ſeptimo, ægro jam robuſtiori exiſtente:

℞. *Brodii carnis cum emoll. herb. decoct. q. ſ. Diſſolv. diacathol. Elect. Diaphen. Lenitiv. Diaprun. ſolut. an.* ℨ.ij. *Mell. viol. ſolut.* ℥.iiij.

f. clyſter.

℞. *Herb. borag. Violar. Fumar. Endiv.*

Endiv. Bugloſſ. Flor. cord. an. pug. s. Rad. polypod. Epithym. an. ℥. s. *Pruna Damaſcen.* ℥. iij. *Cremor. tart.* ℥. ij.
oque in ſuff. aq. qte. & in fine decoct. adde Fol. ſennæ mund. ℥. j. *Semen aniſ.* ℈. ij. *f. colatur. cujus* ℞. ℥. v. *adde mannæ* ℥. ij. *f. pot.*

28. Poſt copioſam à medicamen-o dejectionem minori febre infir-nus laborabat; ſolum hodie, paro-ciſante febre, propinavi alterantem uleppum,

℞. *Aq. Meliſſ. Fumar. Borag. Endiv. an.* ℥. iij. *Syr. de pomis.* ℥. ij, s. *Spirit. vitriol. gutt.* x. *m. f. julep.*

29. Corpus naturaliter dejecerat; qua de cauſa ſola brodia alterata, uti & trigeſimo aſſumebat.

31, & 32. Vigente paroxiſmo ebi-bebat

bebat ſequentem juleppum attemperantem, per urinam & ſudorem evacuantem.

℞. *Aq. Meliſſ. Fumar. Card. bened. Seri deſtill. an.* ℥. iiij. *Spir. vitriol. gut.* x. *Syr. violar.* ℥. iij.
m. f. julep.

33. Clyſtere præmiſſo emolliente, aſſumebat matutino tempore ſequens electivè purgans medicamentum.

℞. *Elect. lenit.* ℥. j. *Confect. hamech. Elect. de ſucco roſar. Diaprun. ſolut. an.* ʒ. j. *Cremor. tart.* ℈. j.
m. f. auro cooperta placentula, vel bol.

34. Multum ampliſſimus vir à medicamento purgaverat, febre diminutâ,

utâ, non tamen ex toto extincta. Ordinavi, cum in ſomno aliquantu-um ſudaſſet, ſequentem juleppum udorem & urinam provocantem.

℞. *Aq. Cardui bened.* ℥. viij. *Spirit. vitriol. gut.* x. *Syr. de limonib.* ℥. i. s. *Seri deſtillat. cap.* ℥. iiij.
M. f. julep.

35. Cæteriſque diebus uſque ad quadrageſimum incluſivè lentè ſudavit, & ita ex toto ab hac longa febre, divino auxilio cooperante, eſt liberatus. Quo ultimo tamen die medicamentum præſcripſi, & ſequenti die rediens, de ſanitate adepta congratulans, valedixi.

℞. *Mell. viol. Sol. Syr. de polipod. an.* ℥. iij. *Diſſolv. diaprun. ſolut.* ℥. s. *Cremor. tart.* ℈. ij.
f. pot.

1. *Obſ.*

1. *Obſ.* Sanguinem tantum ſemel idque in exigua quantitate & ex ſiniſtro brachio in hoc infirmo noſtro melancholici, ut plurimum, temperamenti fuiſſe evacuatum. Ratio eſt, quia melancholici pauco ſanguine & conſequenter paucis ſpiritibus naturaliter viventes à largiori ſanguinis miſſione nimis debilitantur: debebat autem fieri hæc ſanguinis emiſſio ex brachio ſiniſtro propter partis affectæ ut Gall. ait, in quartanis ſeu melancholicis febribus, rectitudinem.

2. *Obſ.* Hirudines non ſolummodo hiſce melancholicis febribus, ſed etiam melancholicis temperamentis maximè eſſe proprias, omnique morbi tempore poſſe applicari, quia terreſtrem ſeu melancholicum craſſiorem ſanguinem ex hæmorrhoidalibus ſpleneticiſq; venis exugentes

non

on ſolummodo cauſam morbifi-
am evacuant, verum & vapores, ex
oc ſanguine ad caput adſcendentes
deliria melancholica doloreſque
apitis producentes, revellendo,
nicum ſunt, ubi deliria vel capitis
olores adſunt, in hac febre reme-
ium, quod ſæpiſſimè hoc etiam au-
umnali tempore in multis infirmis
elirantibus & melancholica mali-
na febre cum petechiis laboranti-
us, mecum obſervaſtis. unde tutum
ſt remedium & in melancholica
naligna febre maximè laudandum.

3. *Obſ.* ubi in febre putredo & ma-
gnitas ſimul reperiuntur, medi-
um primo debere malignitatem,
einde putredinem oppugnare, ab-
inendo, durante malignitate à pur-
antibus remediis quæ ab humore
ebrili putreſcente & jam concocto
expo-

expoſtulantur. unde in principio & augmento morbi, durante malignitate nos ſolum alexipharmaca, hac verò ſuperata & morbo mitiori exiſtente, purgantia per epicraſim per os propinavimus. Sed hæc ex dictis cap. 1. tract. 1. lectori clariora evadent.

4. *Obſ.* Autumnali & hyberno tempore haſce melancholicas febres quadrageſimũ ordinariô attingere, durante ad decimum quartum vel vigeſimum ordinariò malignitate. Quod ſi medicus infirmo & domeſticis prognoſticet, abſqve dubio quod gloriam & fidem acquirit. Dixi malignitatem ordinariò decimo quarto vel vigeſimo terminare, non autem ſemper, quoniam & illa quadragſiemum autumnali vel hyberno tempore non raro attingit; uti ſæpiſſimè mecum obſervaſtis.

5. *Obſ.*

5. *Obſ.* Diuretica & ſudorifera in declinatione hujus febris ut ſimpliciter putridæ, non eſſe omittenda, quoniam in praxi non rarò obſervamus naturam hoſce morbos ſudore, & copioſa urina ſanare, quam cum medicus, dum rectè operatur, imitetur, ea etiam remedia propinare debet, quæ per eaſdem vias, quas natura eligit, operatur. Craſſiores igitur morbi humores concoctos expurgamus, tenuiores verò per urinam, & tenuiſſimos per ſudores, ſolâ exiſtente putredine evacuamus.

6. *Obſ.* Haſce febres longas acutas ex decidentia autumno hyemen attingenti, hyemique autumnum reſpicienti eſſe magis quam aliis anni temporibus proprias.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

FAmoſus Pictor in urbe Veneta hoc menſe Novembris me advocavit, qui, à continuo & aliquantulum exceſſivo calore, indies veſpertino & nocturno tempore exacerbante, affligebatur non ſolummodo, verum de ſiti frequentique teneſmo, hoc eſt aſſidua per alvum dejiciendi moleſta voluntate conquerebatur: habitum infirmi obſervans macilentum, copioſiſque nigris capillis in pectore, brachiis &c. coopertum, hoc eſt omnino hirſutum, triſteſque nigros oculos inſpiciens, dignoſcenſque in pulſa non ordinariam ſimplici putredini aut ipſius infirmi temperamento propriam cum manuum tremore debilitatem, judicavi famoſum noſtrum infirmum, qui ut plurimum melancholici, ex parte tamen

men bilioſi erat temperamenti, triplice hac quartana febre continua notha maligna à teneſmo concomitata laborare, qui tamen teneſmus, ut ſæpè in praxi in hiſce morbis & naturis obſervavi, ex ſolo hæmorrhoidali ſanguine, egreſſionem tentante, proveniebat: unde cum hæc febris ut plurimum (*a*) ex melancholico, bilioſoque humore ex parte reſultet, in quantum hi humores putredine & malignitate in majoribus venis propter obſtructiones afficiantur, hinc patet ejuſdem indicationes ſolum in hoc à jam dicti in anteriori capite morbi (*b*) indicationibus eſſe differentes, quod bilioſus humor etiam in notabili peccans quantitate ſua ſimul cum melancholico humore remedia coindicet: ſed quæ illa ſint, ex antè dictis nimis eſt quam mani-

(a) Eſſentia & cauſa morbi ſympt. (b) Indicat.

manifeſtum. Quod periculosè hic infirmus (*a*) laboret, etiam domeſticis & præſertim mulierculis erat notum, magis tamen infirmum noſtrum periclitari affirmabam propter morbi longitudinem, timens ne poſſet perdurare donec hujus acuti morbi ex decidentia vigor pertranſiret, præſertim cum infirmus jam annum ſexageſimum ageret, & bilis acuta, melancholia verò longo tempore durantia ſymptomata ſoleat procreare. Curam tamen ſum aggreſſus, in hoc incertò naturæ cum morbo certamine ſequentia præſcribendo, & primo hoc die qui tertius erat morbi, & quo teneſmus cum dolore multum urgebat, ordinavi tum ad teneſmi tum ad doloris, quem à ſolo calore in illa poſteriori parte à confluente hæmorrhoidali ſanguine provenire judicabam, mitiga-

(a) Progn.

mitigationem, ſequentem clyſterem, qui inferiorem primæ regionis partem ſimul ab excrementis mundificabat.

℞. *Cremor. hord. in lact. decoct.* ℔. j. *Diſſolv. ſaccar. rub.* ℥. iiij. *Butyr. recent.* ℥. iij. *Ol. viol.* ℥. iiij.
f. clyſter.

Tempore vero pomeridiano rediens, infirmus multum ab enemate, ſed dura alvi excrementa cum doloris mitigatione dejecerat. Horâ octavâ noctis, declinante paroxiſmo, ſolum cibum, cremorem nimirum hordei, vitello ovi permixtum ordinavi. Secundo die, hoc eſt

4. Morbi rediens, ceſſatis ut plurimum dolore & teneſmo, ordinavi iterum matutino tempore aliud enema, quo teneſmo & dolori ſuccurre-

bam, & ſimul evacuabam totam primam corporis regionem, hoc eſt ſatisfaciebam primæ hujus morbi indicationi.

℞. *Cremor. hord.* ℔.j. *Diſſolv. flor. caſſ.* ℥.j. *Diacathol. Elect. lenit. an.* ℥.s. *Ol. viol.* ℥.iiij.
f. clyſter.

Cibum inſuper offerebam, panatellam ſcilicet carne pulli contuſa permixtam horâ decimâ ſextâ matutinâ, hoc eſt, ſex horas ante febris exacerbationem. Pro potu autem ordinario ſequentem juleppum aſſumebat.

℞. *Aq. borag.* ℔.ij. *Meliſſ. Scorzoneg. an.* ℔.s. *Syr. viol.* ℥. iiij
m. f. julep.

Veſpertino tempore iterum inſir-

mu

nus multa dejecerat excrementa, quæ inſpiciens, obſervavi honeſtam ſanguinis hæmorrhoidalis quantitatem excrementis ſupernatantem. Interrogavi patientem utrum cum teneſmo & dolore dejeciſſet, qui reſpondit, in ſola ultima evacuatione cum deſiderio plura evacuandi & dolore dejeci. In hac viſitatione nihil niſi cibum, declinante febris paroxiſmo, ordinabam.

5. Die morbi matutino tempore rediens, referebat infirmus, quod aliquantulum verſus matutinum tempus dormiviſſet, ſed quod immediatè à ſomno cum magno conatu ſeu deſiderio dejiciendi pauca excrementa alvi evacuaſſet, cum multis flatibus & copioſo ſanguine, quem inſpiciens, & obſervans excrementis ſupernatantem, infirmo & domeſticis indicavi hanc febrem

noſtram ab hæmorrhoidali fluxu concomitari, quem teneſinus, ut dixeram, præſagiebat: Affirmabam insuper hunc fluxum hæmorrhoidalem in hoc morbo infirmi noſtri poſſe eſſe valdè ſalutarem, quod ex decurſu morbi patebit, hunc igitur fluxum obſervans, omiſi omnem sanguinis, quæ ab humore peccante in venis ſanguine permixto, indicatur, miſſionem, & naturæ operanti hanc evacuationem ex toto reliqui ſolum incœpi, hac omiſſa materiæ morbificæ indicatione, humorem morbi in malignitate attemperare in putredine concoquere &c. quem ob finem ordinavi hoc matutin tempore brodium herbis

Boragine, Violis, Endiv. Scc Zoneg. Bugloſſ. & Marg. ℈.j.

Alteratum, poſt quod, obſervato par xiſmi tempore, cibum prandii aſſumpſit.

Temp

Tempore veſpertino dum redibam, ſemel teneſmus infirmo ſupervenerat, in quo nulla alvi excrementa, ſed ſolum hæmorrhoidalem ſanguinem, cum copioſis flatibus dejecerat.

6. Die matutino tempore alvus pauca excrementa cum copioſo ſanguine & frequenti conatu dejecerat. Ordinavi iterum clyſterem &c.

℞. *Cremor. hord.* ℔. j. *Flor. caſſ. Elect. lenitiv. an.* ℥. v. *Ol. violar.* ℥. iiij.

Sed veſpertino tempore rediens, cum infirmus multum de ſiti conquereretur, obſervata enematis, in qua multa excrementa bilioſa cum copioſo ſanguine ſupernatante conſpiciebantur, evacuatione, ordinavi in paroxiſmi vigore

℞. *Aq. cord. Saxoniæ Tot. citr. Scor-*

Scorzoneg. an. ℥.ij. *Seri deſtillat.* ℔.s. *Syr. de limonib.* ℥.j.s. *Margarit. ppat.* ℈.s.

m. f. julep.

7. Corpus pauca excrementa dejecerat cum copioſo ſanguine hæmorrhoidali, pulſu exiſtente frequenti cum notabili virium dejectione. Incœpi conſiderare utrum hæc virium debilitas à nimia hæmorrhoidalis ſanguinis evacuatione, utrum verò à prædominante febrili malignitate proveniret, & ſanguinis effluxi quantitate cum copioſo morbifico humore & infirmi temperamento hoc ſanguine melancholico prædominante conſiderato, judicavi, præſertim cum anxietates majores corporis inquietudine cum hoc virium lapſu ſupervenirent, eandem à prævalente malignitat.

tate & cor opprimente, dependere. Quapropter ordinavi ſequentia contra malignitatem alexipharmaca remedia, quæ eandem non ſolummodo refringunt, verum & à corde revellunt.

℞. *Confect. alkerm. Hiacinth. an.* ℈. j. *Conſerv. flor. citr.* ʒ. j. *Margarit. ppat.* ℈. j.

m. f. bol. quos capiat hoc manè, & ſuperbibat brodium.

Boragine, Violis, Endiv. Bugloſſ. Scorzoneg. & Succo citr.

Alteratum, vigente vero paroxiſmo horâ quintâ noctis ebibit.

℞. *Aq. ſcorzoneg. Cord. Saxon. an.* ℥. ij. *Syr. de gem.* ℥. i.s. *Lapid. bezoard. gr.* xx.

m. f. julep.

 8. Ma-

8. Matutino tempore infirmus adhuc copiosè ſudabat, corpuſque nihil dejecerat. Ordinavi, ceſſato ſudore ſequens enema,

℞. *Cremor. hord. q. ſ.* *Flor. caſſ.* ℥. j.
Ol. viol. ℥. iiij. *Saccar. rub.* ℥. iij.
m. f. clyſter.

A quo multa flava excrementa cum ſupernatante ſanguine ſine conatu dejiciebat. Tempore veſpertino, dum redibam, ſolum alteratum brodium vigente paroxiſmo, deinde cœnam ordinatâ horâ præſcribebam.

9. Febre in malignitate cum hæmorrhoidali fluxu continuante, nihil niſi alterata brodia cum cibo præſcribebam.

10. Infirmus multa flava excrementa liquidiora cum copioſo ſanguine ſupernatante dejecerat

pulſi

pulſu debili & frequenti continuante, urinaque parvam nubeculam demonſtrante. Naturæ haſce evacuationes ut nunc comittens, ſolum brodium herbis & margaritis alteratum, quod æger vigente febre aſſumebat, præſcribebam.

11. Matutino tempore mihi alvi excrementa demonſtrabant, quæ copioſa, flava liquida cum ſupernatante ſanguine obſervans, judicavi huic malignæ febri à fluxu hæmorrhoidali concomitatæ diarrhæam adhuc ſuperveniſſe, atque ut nunc à fluxu hæmorrhoidali & diarrhæa concomitari. Pulſum obſervans, & dignoſcens infirmum ab hiſce evacuationibus vires non amittere, neque febrem adaugeri, judicavi utramque naturæ evacuationem ut nunc naturæ committendam, donec progreſſu temporis obſervetur

 utrum

utrum cum conferentia & tolerantia, an verò contrà, contingant, quod ex (a) Hipp. doctrina *ſi, qualia oportet, evacuentur, confert & leviter ferunt, ſin minus, contra, manifeſtum evadet.*

12. 13. 14. Natura multa bilioſa excrementa ſemper cum ſupernatante ſanguine evacuabat, febre in malignitate & putredine continuante; quibus diebus ſola attemperantia ex

Hordeo, Boragine, Violis, Endiv. Acetoſ. Lactuc. Radiceque ſcorzoneg.

Propinabam, clyſteresque ex lacte, ſaccaro rubro vitelliſque ovi ad attemperandum injiciebam.

15. Alvi excrementa flava ſed aquoſiora uti & decimo ſexto obſervans cum pulſu debiliori incœpi parum adſtringentibus humores attempe-

(a) Hipp. Sect. 1. Aph. 2.

temperare & vires infirmi, à malignitate febrili dejectas, corroborare.

℞. *Confect. hiancinth. Alkermes. an.* ℈. j. *Margar. ppt.* ℈. s. *Corallor. rub. Corn. cerv. ppt. an.* ℈. j. *Cum Syr. corall. rub. q. ſ. miſ.*

17. Copioſius flavam ſeroſitatem, cui ſanguis hæmorrhoidalis, ſed in pauca quantitate ſupernatabat, cum notabili virium lapſu dejecerat. Obſervans infirmum noſtrum in pejorem ſtatum deductum, judicavi hanc diarrhæam per aliquot dies ſalutarem, nunc naturam mutaſſe, & ſymptomaticam evaſiſſe: quapropter ilicò curationem ſum aggreſſus revellentia ab inteſtinis, attemperantia, incraſſantia &c. præſcribendo. Pulſus deindè obſervans frequentem celeritatem & debilitatem, agnovi

evidenter malignitatem ad interiora proſerpere non ſine magna ſpirituum vitalium diſſipatione, quod aliam revulſionem à corde indicabat. Sed uno eodemque remedio hiſce duabus revulſionibus inſervire deſiderans, ſequentia pro matutino & nocturno tempore ordinavi.

℞. *Corallor. rubr. Cornu. cerv. ppat. an. ℈. j. Marg. ppat. ℈. s. Pulpæ tamarind. ʒ. s.*

m. f. placentula, quam ilicò aſſumet, ſuperbibens brodium acetoſâ alteratum.

℞. *Confect. alkerm. ℈. ij. Lapid. bezoard. gr. xx. Corall. rubr. Boli armen. Terræ ſigillat. Troch. de ſpod. an. ℈. s.*

Cum Syr. de ribes q. ſ. miſ. & fiat electuarium, quod aſſumet paroxiſante febre.

℞. *Aq*

℞. *Aq. acetoſ.* ℔. x. *Gelatin. de ribes Berber. an. q. ſ. ad gratum ſaporem.*

f. julep. pro potu ordinario.

18. Mecum plures medici concurrebant, & excrementa alvi, quæ copioſiſſima erant, cum pauco ſupernatante ſanguine inſpicientes, præſertim quantitatem non ſine magno ſtupore conſideravimus. Referebant domeſtici, quod infirmo poſt copioſam iſtam dejectionem crudeliſſimus ſingultus, tres horas perdurans cum crudeliſſimo totius corporis frigore ſupetveniſſet. Sed cum nobis lecto adſtantibus infirmus iterum copioſiſſimè dejiceret, judicavimus unanimiter hunc ſingultum à ſæviſſimo iſto alvi profluvio & maligno humore ad ventriculum confluente provenire; unde eſſe hunc fluxum

fluxum omnino periculoſum, quoniam,uti lethale, ſi ſingultus à medicamento purgante,ut Hip.(a) ait,ſuperveniat,ita quoq; idem periculum minatur, ſi ab aliquo alvi fluxu proveniat. Quapropter,antequam alius ſingultus vel mors ſuperveniat, hic fluxus eſt ilicò ſiſtendus. Pulſum obſervantes, vires omnino invenimus dejectas: ſed quid mirum,cum à malignitate febris jam in fine augmenti conſiſtentis,à ſingultu, ſæviſſimaque iſta diarrhæa ſpiritus vitales non ſolummodo verum & naturales diſſipentur? Ordinavimus unanimi conſenſu ad fluxum ſiſtendum & ſimul à corde malignitatem revellendum ſequentem juleppum, quem poſt tenuiſſimum cibum infirmus aſſumebat.

℞. *Iulep. de gem.* ℥. i. s. *Tinct. corall.*

(a) Sect. 5. Aph. 25.

nall. ℥. j. *Laud. opiat. gr.* ij.
Conf. alkerm. ʒ. j. *Lapid. bezoard. gr.* xx.

m. f. julep.

Veſpertino tempore concurrentes, bona nova domeſtici medicis afferebant, miraculoſum hunc julepum exclamantes, quia corpus ab eodem nihil dejecerat, infirmo, copioſè ſudando, bene dormiente. Nihil hoc veſpertino tempore niſi paroxiſante febre brodium acetoſa & margaritis præparatum, ordinavimus.

19. Corpus tantum ſemel, ſed craſſiora flava excrementa & pauca, cum copioſo tamen hæmorrhoidali ſanguine ſupernatante dejecerat, multumque hac nocte, parumper ſudando, dormiverat: pulſum obſervavimus validiorem minuſque frequentem,

tem, urinâ nubeculam demonſtrante. An ſanguis hic hæmorrhoidalis, qui per totum morbi decurſum, & aliquando copiosè, effluebat, hic erat ſiſtendus? unanimiter, quod non, judicavimus, obſervantes, ceſſatâ diarrhæâ propriam malignitati febrili debilitatem ſolummodo reſtare, nullumque ſymptoma ob hunc fluxum infirmo ſupervenire imò febrem mitiori forma ob eundem cum conferentia infirmi tempora ſua percurrere. Solum ordinavimus, quæ infirmum corroborabant, malignitati & febrili putredini reſiſtebant, & quæ à morbo in augmento conſiſtente, indicantur remedia.

℞. Confect. alkerm. Hiacinth. Marg. ppat. an. ℈. j.

m. cum julep. de gem. parum, & capiat ilicò poſt quod infirmus aſſumat brodium Borag.

Borag. Bugloſſ. Viol. Meliſſ. Scorzoneg. & Aciditate citr. alteratum.

℞. *Aq. Scorzoneg.* ℥.iiij. *Seri deſtill.* ℔.s. *Syr. de limonib.* ℥. i. s.

m. f. julep. quem infirmus ebibet paroxiſante febre.

20. Cum alvus nihil evacuaret, matutino tempore ordinavi ſequentem clyſterem.

℞. *Lact. cum cremore hord. decoct.* ℔. j. *Diſſolv. ſaccari rubr. Butyr. rec. Ol. Viol. an.* ℥. iij.

m. f. clyſter.

Veſpertino in vigore paroxiſmi ſequentem juleppum præſcribebam.

℞. *Aq. meliſſ. Scorzoneg. Borag. Violar. Endiv. an.* ℥. iij. *Acidit. citr.* ℥. ij.

m. f. julep.

21. Cor-

21. Corpus excrementa naturalia, ſed ſanguine ſuperfuſa evacuaverat, infirmo tamen referente quod nocte tranſacta parum dormiviſſet. Ex pulſu dignoſcebam, febrem cum malignitate & excellenti putredine tempora ſua percurrere, urinâ tamen ob majorem & unitam nubeculam demonſtrante feliciorem concoctionem. Ordinavi pro nocturno tempore poſt cœnam ſequentem emulſionem.

℞. Sem. 4. frig. maj. an. ℥. ij. Amigd. dulc. ℥. ij. Papav. alb. ʒ. iij.

Contunde, & cum aqua borag. ſcorzoneg. an. q. ſ. m. f. emulſio, quæ ſaccaro perlato q. ſ. ad gratam dulcedinem, dulcoretur.

22. Manè infirmus de ſiti, cum a longiori ſomno eſſet expergefactus, conquerebatur, corpuſque nihil evacuaverat. Propinavi ilicò.

℞. *Pulpæ*

℞. *Pulpæ tamarind.* ℥. v. *Cremor. tart.* ℥. j.
m. f. placentula, poſt quam aſſumat brodium alteratum.

A qua veſpertino tempore naturalia alvi excrementa copiosè dejecerat, ſanguine hæmorrhoidali ſuperfuſa.

23. 24. 25. & 26. Cum corpus naturaliter excrementa evacuaret, ſola alterata brodia, cordialibus permixta, fuerunt ordinata. Sed

27. Naturâ nihil evacuante, & majori pulſus ſuperveniente debilitate cum celeriori frequentia, infirmique inquietudine, quæ omnia à prævalente malignitate ſymptomata ob primæ regionis retenta excrementa poterant adaugeri, ordinavi ad hujus regionis mundificationem pro matutino tempore ſequentem clyſterem.

℞. *Pro-*

℞. *Brodii carnis q.ſ. Diſſolv. elect. lenitiv. Flor. caſſ. an. ℥. s. Mell. viol. ſolutiv. ℥. iij. Ol. viol. ℥. iiij.*
m. f. clyſter.

Et pro nocturno tempore vigente paroxiſmo ſequentes bolos malignitatem per ſudorem expellentes.

℞. *Confect. alkerm.* ʒ. j. *Lapid. bezoard. gr.* xx. *Margar. ppat.* ℈. s.
m. f. bol.

28. & 29. Honeſtè infirmus ſudabat non ſine notabili febrilis malignitatis, quod validiores pulſus indicabant, remiſſione, utroque tamen die excrementa, quę naturalia erant, ſanguine hæmorrhoidali ſuperfuſa conſpiciebantur.

30. 31. & 32. Adhuc pulſus febrilem malignitatem demonſtrabat. Sed quia trigeſimo corpus non evacuaverat, aſſumebat

℞. *Pulp*

℞. *Pulp. tamarind.* ʒ.vj. *Cremor. tart.* ℈.ij.

m. f. placentula.

Et trigeſimo primo ebibebat vigente paroxiſmo ſequentem juleppum.

℞. *Aq. ſcorzon. Tot. citr. Borag. Meliſſ. Bugloſſ. an.* ℥. j. *Acid. citr.* ℥. j. s. *Conf. alkerm.* ℈. j. s. *Marg. ppt. gr.* vj.

m. f. Iulep. odore, ſapore, &c. gratiſſimus.

Cœteris deinde diebus copiosè, & præſertim in ſomno, ſudans, tandem ab hoc periculoſiſſimo & lethaliſſimo morbo quadrageſimo die convaluit. Ordinavi pro quadrageſimo primo enema, primam abluens corporis regionem, & pro quadrageſimo ſecundo ſequentem infuſionem electivè purgantem.

℞. *Fol. ſen. mundif.* ℥. s. *Rhabarb.* ʒ. ij. *Cremor. tart.* ʒ. iij. *Spic. nard.* ℈. s.

Pulv.

Pulv. in ſuff. aq. borag. per noctem ſuper cineres calidos, macerentur, manè colaturæ adde mannæ elect. ℥. iij.
f. pot. album ovi clarificata.

1. *Obſ.* Teneſmum & fluxum hæmorrhoidalem ſæpiſſimè in hiſce melancholicis morbis, & præſertim melancholici temperamenti infirmis ſolere ſupervenire, eſſe tamen ut plurimum ſalutarem, iſtâ viâ naturâ majorem humoris morbifici partem, craſſiorem nimirum melancholicum ſanguinem evacuante: quapropter eſt benè conſiderandum à medico utrum hic fluxus cum conferentia & facili tolerantia, an verò contra, contingat, quoniam uti patet ex morbo allato, ſæpiſſimè natura ſolet hac evacuatione morbos melancholicos præſertim autumnali & hyberno tempore curare; neque eſt

à me

medico timendus, quamvis diu uſ-
que ad quadrageſimum perduret,
quoniam natura cum conferentia
evacuans, ita per vices ſolet indies in
pauca quantitate, quod fit cum mi-
nori virium dejectione, evacuare.

2. *Obſ.* Dum hic fluxus febrem
concomitatur, non ſtatim eſſe ſan-
guinem à medico evacuandum,
quoniam hac viâ natura ſolet eam
ſanguinis quantitatem, quæ ad mor-
bi ſufficit curationem, ſæpiſſimè eva-
cuare: quapropter à medico, quan-
tum ad hanc evacuationem attinet,
nihil iſto caſu tentandum.

3. *Obſ.* Hunc hæmorrhoidalem
fluxum non ſolummodo morbum
ſanare; verum & infirmos à deliriis
melancholicis &c. præſervare.

4. *Obſ.* Diarrhæam, dum lethalia
ſymptomata, ut ſingultum, ſynco-
pem &c. inducit, ilicò eſſe ſiſten-
dam,

dam, quod non fit niſi opiatis, quia tamen ſingultus à maligno è venis ad ventriculum confluente humore ſuperveniebat, hinc eodem tempore revulſio ab inteſtinis & ventriculo erat ſudorem provocantibus peragenda. Quod benè à medicis obſervandum, quoniam eſt magnæ conſiderationis operatio, in ſomno malignum morbi humorem non ſolummodo à corde, inteſtinis & ventriculo revellens, verum & è corpore evacuans, & conſequenter ſic morbum & diarrhæam diminuens. Et quamvis narcotica ſeu ſomnifera remedia in maligna febre à multis medicis timeantur, ubi tamen exceſſivæ adſunt vigiliæ vel deliria, alvique fluxus vires proſternentes &c. ſunt propinanda, quibus ſudorifera ſi addas, perit omne horum medicorum, ob quod timent, concurſum n[illegible]

miru[illegible]

nirum humoris maligni ad interiora, fundamentum. Neque concludit, quod afferunt argumentum, ſomnifera vires etiam debilitare, quoniam plus corroborant ſomnum, in quo ſpiritus regenerantur, provocando, quam è contra ſua narcotica qualitate poſſunt debilitare. Omitto quod effectivè corroborent cauſam fluxus, vigiliarum &c. auferendo & ſiſtendo.

5. *Obſ.* Sudorifera adſtringentibus permiſcere, ubi diarrhæa malignam febrem concomitatur, eſſe omnino utile, quoniam ſimul & ſemel multis in hoc caſu indicationibus medicus inſervit, quo magis efficaciter, quam dum ſeorſim unicuiq; indicationi inſervit, operatur, ita enim humores ad inteſtina è venis confluentes non ſolummodo revellit, verum & eoſdem incraſſat, inte-

Q ſtina

ſtina corroborat &c. quæ à diarrhææ indicationibus deſiderantur: inſuper è corpore per ſudorem hos malignos humores expellendo quam plurimum febrem diminuit. Hanc benè obſervate operationem, quoniam medico ſæpiſſimè evadit valdè glorioſa.

6. *Obſ.* Hoſce morbos longos quamvis acuti ex decidentia recte appellentur, in aliquibus tamen temporibus, ut augmento & ſtatu acutiſſimè infirmos affligere, multoſqu hiſce morbi temporibus perire, quoniam non ſolummodo vi morbi hæc tempora evadunt periculoſiora, verum & ratione ſymptomatum, quæ ut tum ſuper venientia multos ſolent infirmos jugulare. Patet ex caſu in firmi noſtri cui in augmento mor diarrhæa, & ob hanc lethaliſſimum ſymptoma, ſingultus nimirum ſuperveniebat.

7. C

7. *Obſ.* Temperamentum naturale melancholicum & aliquantulum bilioſum infirmi noſtri multum differre à temperamento atrabiliario, quoniam etiamſi utrumque in exceſſu humoris bilioſi & melancholici conſiſtat, hoc tamen, ut infirmi noſtri, ex melancholia naturali frigidiori, illud verò ex melancholia aduſta & calidiori componitur. Inſuper in hoc primo melancholia, in illo verò bilis prædominat, & quæ in atrabiliario temperamento melancholia ſecundum locum obtinet, illa tamen eſt magis aduſta calidiorque illâ quæ in temperamento infirmi noſtri primo loco prædominat. Dignoſcuntur autem hæc corpora, quia quæ naturali hac melancholia abundant ſunt ordinario macilenta & flaccidiora corpora, oculiſque triſtioribus ſunt prædita, ubi econtra

atrabiliaria feroces oculos magiſq; carnoſa corpora carnem magis denſam obtinent : utrumque tamen ſolet eſſe hirſutum.

8. *Obſ.* In hac maligna febre, ubi bilis cum melancholia prædominat, ſæpè in faucibus ſupervenire inflammationes, quæ tamen ſæpius, ubi bilis ſola prævalet, conſpiciuntur: idque non ſolummodo in febris malignæ principio, in quo ſanguis etiam ratione febris & multo magis propter inflammationem evacuatur, verum & ubi maligna febris in vigore conſiſtit ; quo febris tempore ſanguinem per venam ſectam emittere omnino ab Hipp. (*a*) prohibetur. Quo in caſu, quid peragendum ℞. Eſſe conſiderandam naturam inflammationis, quoniam ſi magna palatumque ipſum & linguam inflam

(a) Aph. 29. Sect. 2.

flammans deglutitionem ſeu reſpirationem inſtar veræ Anginæ acutæ periculosè lædat, celeriterque aſſumat augmentum, ſanguis eſt iſto caſu ilicò emittendus, uti in aliis inflammationibus internis omni morbi tempore etiam in ipſo malignæ febris vigore. Rationem attulimus cap. De bilioſa maligna febre concomitata à peripneumonia &c. Si verò exigua ſit inflammatio lentè ſine periculo proſerpens, in vigore febris ſanguinem propter eandem non evacuamus, verum ſolis clyſteribus, refrigerantibuſque gargariſmatibus eandem curamus. Quod benè obſervandum, quoniam eſt casus qui non ſoluminodo medico infies occurrit curandus, verum & qui novellos practicos confundens, inter ſeniores lites procreare ſolet.

9. *Obſ.* ubi teneſmus ex calidio-

re provenit humore, enemata ex cremore hordei in lacte decocto eſſe unicum remedium, quod pariter enema ſummum infirmo levamen adfert, ſi ille teneſmus ob vermiculos in iſta poſteriori parte proſerpentes reſultet: quo tamen caſu ad majorem vermiculorum attractionem ſaccarum & butyrum recens, omiſſis oleis, quod maximè fugiunt, addenda ſunt.

10. *Obſ.* Si infirmo maligna febre laboranti à fluxu aliquo, qui ſalutaris judicatur, virium lapſus improviſè ſuperveniat, non ſtatim eſſe judicandum fluxum antè hac ſalutarem, jam ſymptomaticum propter hanc virium dejectionem evaſiſſe, uti v. g. Infirmo noſtro maligna febre ab hæmorrhoidali fluxu concomitata laboranti ſeptimo die notabilis virium lapſus ſuperveniebat cum copio ſangui

ſanguinis hæmorrhoidalis emiſſione, quo tamen die ſanguis non erat ſiſtendus, quamvis cum notabili virium dejectione copiosè efflueret, quia ſalutaris, ut antea, permanebat. Cauſa igitur hujus debilitatis hoc in caſu à medico diligenter indaganda eſt, cui ſeſe tum opponet remedia propria præſcribendo, qualiter nos fecimus alexipharmaca præſcribendo, judicantes hanc virium dejectionem à prædominante malignitate ad cor proſerpente, non autem ab hæmorrhoidali ſanguine, etiam copiosè iſto die effluente, hoc in caſu noſtro provenire. Prudentiâ igitur opus eſt non exigua, ubi in maligna febre, à fluxo aliquo ſalutari concomitata, virium lapſus ſupervenit, quoniam, ut dixi, propter hanc non ſtatim judicandum fluxum ex ſalutari ſymptomaticum evaſiſſe, adjun-

ꝺa igitur debilitati ſymptomata bene conſiderare oportet, & illa tibi cauſam hujus debilitatis indicabunt, qualiter nos in caſu noſtro conſideravimus, iſto die anxietates, majoreſque infirmi inquietudines, huic malignitati propria ſymptomata, obſervantes. Econtra tamen ſi virium lapſus in maligna febre à fluxu v. g. diarrhæa concomitata ſuperveniat, & cum copioſa evacuatione quæ ſimul alia ſymptomata inducit, contingat, uti v. g. in caſu noſtro ubi ſummus virium lapſus decimo octavo die cum copioſiſſima alvi dejectione, ſingultum ſimul procreante, ſupervenit, ſtatim tum erit judicandum fluxum eſſe omnino ſymptomaticum, & conſequenter ilicò eſſe ſiſtendum, ut dictum obſervatione quarta, ipſis narcoticis.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

GErmanus juvenis annorum viginti quatuor incirca, menſe Novembris me advocavit, qui continuo lento calore, indies à veſpertino tempore per totam ferè noctem exacerbante, correptus, de dolore ſiniſtri hypochondrii cum copioſo & ſonoro ructu affligente quamplurimum conquerebatur. Habitum infirmi carnoſum inſpiciens obfuſcum, coloremque faciei rubicundum cum triſtioribus oculis, hoc eſt, ſanguineum infirmi & ex parte melancholicum temperamentum obſervans, tandem pulſum examinavi qui cum celeritate, frequentia & non ordinaria in principio morbi debilitate movebatur. Quæ omnia obſervans, judicavi infirmum noſtrum triplice quartana continua

maligna à flatu hypochondriaco & dolore gravativo lienis ex flatulento craſſiore humore, lieniſque frigidiori intemperie reſultantibus concomitata laborare. quæ ſit hujus febris eſſentia, & quod à putredine & malignitate ut plurimum melancholici humoris propter obſtructiones producatur, diximus in anteriori capite hujus tractatus: cauſas autem ſymptomatum concomitantium, materialem & efficientem, etiam nunc intellexiſtis. Quapropter morbi, cauſæque ejuſdem indicationes perpendens, quæ primò ablutionem primæ corporis regionis, deindè per ſanguinis miſſionem evacuationem morbifici humoris in principio morbi indicant, in augmento verò per refrigerantia alexipharmaca attemperationem & concoctionem, à corde revulſionem &c. expoſtulant,

obſer-

obſervanſque aliquas ex hiſce, indicationibus quæ à cauſis ſymptomatum deſumuntur contrariare, quoniam frigidior lienis intemperies, humorumque crudorum, è quibus flatus evaporant, colluvies refrigerantia prohibent, ita, haſce contrarias indicationes obſervans, curationem hujus periculoſi & longi morbi ſum aggreſſus, primo igitur hoc die, qui tertius erat morbi, matutino tempore ordinavi ſequens enema, quo prima corporis regio non ſolummodo à flatulento verum & à quolibet excrementitio humore abluebatur.

℞. *Diacathol.* ℥.j. *Elect. lenit. De bacc. laur. an.* ℥.s. *Mell. viol. ſolut.* ℥.iiij.

Cum brodio carnis parum m. f. clyſter.

Sed veſpertino tempore rediens, quamvis infirmus copioſè cum multo flatu à clyſtere dejeciſſet, nihilominus tamen ſiniſtri hypochondrii dolor ructuſque ſonori continuabant, qua de cauſa judicans alios flatulentos humores adhuc in iſta hypochondrii regione contineri, ordinavi pro ſequenti die hoc eſt quarto morbi ſequens iterum ènema, partique affectæ corroborans flatuſque diſſolvens applicabam linimentum.

℞. *Decoct. carminat. p. clyſt.* ℔. j.
Diſſolv. Diacath. ℥. j. *Mell. viol. ſolut.* ℥. iiij. *Ol. Amigd. amar. Camomel. an.* ℥. ij.
m. f. clyſter.

℞. *Ol. Amigd. amar. Cappar. Camomelin. an.* ℥. j.

m. f. ad

m. f. ad uſum linimentum, quod parti affectæ applicatum matutino & veſpertino tempore renovetur.

Quibus remediis infirmus aliquantulum à dolore ſublevatus, propter exacerbantem febrem dum horâ ſecundâ noctis inviſitabam, multum ſitiens, potum exigebat, pro quo tamen non niſi brodium pulli, nullaſq; ſtillatitias aquas propter lienis dolorem hypochondriique flatulentiam concedebam.

5. Remiſſiore exiſtente dolore, ſanguis ad decem uncias ex dextro brachio emittebatur: inquam è dextro, propter ſanguineum infirmi temperamentum, in quo melius eſt primo venam dextri brachii ad plenitudinem diminuendam, quam ratione melancholicæ febris ſiniſtri aperire: ſed die tamen

6. Matu-

6. Matutino tempore etiam ſiniſtri brachii vena ratione melancholicæ febris aperiebatur è qua ſanguis ad jam dictam quantitatem emittebatur, ita majorem febrilis humoris partem evacuans morbo adhuc in principio exiſtente.

7. Dolore & flatulentia ceſſatis, concoctionem morbifici humoris ſum aggreſſus, vigente paroxiſmo ampliſſimo infirmo brodium

Borag. Endivia, Fumaria, Violis, Meliſſ. Et rad. ſcorzoneg.

Decoctum præſcribendo, quo humor morbificus non ſolummodo in putredine, verum & in malignitate oppugnabatur, continuante infirmo in hoc præparante decocto uſque ad diem morbi decimum incluſivè, cui alternis diebus, corpore nihil evacuante, ſequens enema matutino tempore injiciebatur.

℞. Brodiu

℞. *Brodii carnis q.ſ. Diſſolv. diacathol.* ℥. j. *Elect. lenitiv.* ℥. s. *Mell. viol. ſol.* ℥.iiij.
m. f. clyſter.

8. Tamen totum corpus infirmi quaſi ignitum ab expulſione tenuioris ſanguinis cum exigua febris remiſſione apparens, applicavimus dorſo ſex cucurbitulas ſcarificatas, ita hanc naturæ expulſionem, quæ cum aliqua conferentia contingebat, adjuvantes. Sed

11. Infirmus mihi magna, ut apparebat, ſinceritate narrabat, quatenus literas à parte recepiſſet quibus deſiderabat ut infirmus ſacrum ad conſervationem ſuæ familiæ celebraret: à quo cum interrogarem, utrum eſſet eccleſiaſticus, reſpondebat, quod ſic: ego dubitans utrum ſincerus vel delirans eſſet diſcurſus, incœpi à domeſticis

meſticis interrogare utrum ſacerdos exiſteret, & an verum eſſet quod literas à patre recepiſſet, qui tamen veritatem mihi non poterant indicare, cum per paucos dies in illo hoſpitio diverſaretur. Candelam igitur imperavi, & oculos infirmi inſpiciens, mente non conſtare obſervavi, exiſtente hoc diſcurſu delirante & ex phantaſmate melancholico proveniente, judicavi neceſſariam eſſe vaporum à cerebro non ſolummodo revulſionem, verum & evacuationem melancholici & fœculentioris ſanguinis, è quo hi vapores ad cerebrum adſcendentes, illudque perturbantes, evaporant. Ordinavi igitur hoc matutino tempore ſex hirudines venis hæmorrhoidalibus applicandas, ut quantitatem ſex unciarum ſanguinis evacuarent, brodiumque alteratum nocturno tempore vigen-

vigente paroxiſmo aſſumebat, poſt quod, declinante paroxiſmo, circa horam nonam noctis cœnavit cremorem hordei carne contuſa permixtum.

12. Matutino tempore infirmum
nviſitans, ilicò è lecto volebat ſurge-
e ut ſacrum celebraret, jamque ſa-
ıus, dicebat quod nullo amplius
geret medicamento. Advenit, me
ecto adſtante, Germanus mercator,
ui cum de conditione & ſtatu infir-
ni conſtaret, maximè de hóc deli-
ante, ſed prudenti, ut apparebat, in-
rmi diſcurſu admirabatur. Eſſen-
iam, & magnitudinem morbi me-
ncholicique delirii eidem expo-
ens, ordinavi duo veſicatoria, re-
ellentia continuo remedia, femo-
bus infirmi applicanda; tempore
utem veſpertino emulſionem poſt
œnam ſomniferam, eo quod tranſ-

acta

acta nocte parum dormiviſſet, ordinabam.

℞. *Sem. 4. frig. maj. an.* ʒ. ij. *Amigd. dulc.* ℥. ij. *Papav. alb.* ℥. s.

Contunde, & cum aq. borag. lactuc. an. q. ſ. f. emulſio, quæ manib. chriſt. perlat. ad gratum ſaporem dulcoretur.

13. Continuante hoc melancholico delirio ſuperveniebant celeriores, frequentiores debilioreſq; pulſus, majorem indicantes malignitatem & ab eadem cordis oppreſſionem. Ordinavi revellentia à corde non ſolummodo verum & à capite duo alia veſicantia, brachiis applicanda, ſimul cum enemate primam corporis regionem evacuante, & à capite melancholicos humores revellente.

℞. *Hord. mundif.* ℥. ij. *Herb. fumar. Endiv. Meliſſ. Bugloſſ. Lupul. an. pug. s.*

Coque in ſuff. brodii pulli qte. colatur.

℞. ℔. ij

℞. ℔.i. *in qua* *Diſſolv. diacathol.* *Elect. lenitiv.* *Diaprun. ſolut. an.* ℥.s. *Mel. Viol. ſolut.* ℥. iiij.

f. clyſter.

℞. *Aq. tot. citr.* *Borag.* *Violis* *Endivia* *Meliſſ.* *Scorzoneg.* *Fumaria an.* ℥.j. *Seri deſtill.* ℔.s. *Acidit. citr.* ℥.j.s. *Syr. de pomis* ℥.j. *Marg. ppat.* ℈.j.

m. f. julep.

16. Quia exacerbante febre multum infirmus ſitiebat, hinc eidem hoc paroxiſmi tempore ordinabam ſequentem juleppum ſitim, malignitatem & putredinem febrilem extinguentem.

℞. *Seri deſtill. Caprin.* ℔.j. *aq. ſcorzoneg.* *Tot. citr. an.* ℥.j. *Syr. de limonibus.* ℥.s. *Acidit. citr.* ℥.j. *Spir. vitriol. gutt.* x.

m. f. julep.

17. Mi-

17. Mitiori modo febre infirmum affligente, ſola brodia alterata, ut ſupra matutino & paroxiſmi tempore offerebam.

18. & 19. Majorem iterum frequentiam & celeritatem in pulſu debili obſervans, corpore nihil evacuante, ordinabam, matutino tempore hoc decimo octavo die, enema, bolumq; cordialem pro decimo nono.

℞. *Brodii carnis q. ſ. Diſſolv. diaprun. ſolutiv.* ℥. j. *Mell viol. ſolut.* ℥. iij.
f. clyſter.

℞. *Confect. alkerm.* ʒ. j. *Marg. ppat.* ℈. j. *Laudan. opiat. gr.* j. *Iulep. de gem. parum.*
ut f. bol. quem capiet poſt cœnam declinante paroxiſmo.

20. Matutino tempore infirmus non

non niſi de debilitate cõquerebatur, quam parvi pulſus cum frequentia & celeritate confirmabant. Eandem à maligno humore cor opprimente vitaleſque ſpiritus diſſipante provenire judicans, præſcripſi ilicò hoc matutino tempore, quo paroxiſmus declinabat, juleppum ſudore hoſce malignos humores expellentem.

℞. *Aq. tot. citr. Scorzoneg. Card. benedict. an.* ℥.ij. *Seri deſtill.* ℔.s. *Lapid. bezoard. gr.* xx. *Marg. ppat.* ℈.s. *Acidit. citr.* ℥.ij. *Confect. hiacinth.* ʒ.j.
m. f. julep.

A quo cum per totam diem ſudaret, ſecundâ horâ noctis inveni omnino ſublevatum, validiores enim & temperatiores pulſus cum minori frequentia obſervabantur, corde à malignitate opprimente liberato. Sed

propter per os propinavi, jam ceſſatâ malignitate purgantia prohibente, ſequens electivè purgans medicamentum, quo humor morbi per propria præparantia huc uſque concoctus, & è quo multi vapores ad caput, quod perturbant, aſcendebant, expurgabatur.

℞. Elect. lenit. ℥.vj. *Diaprun. ſol.* ℥.iiij. *Cremor. tart.* ℈.j.
m. f. bol.

24. A quo, poſtquam copiosè dejeciſſet, tandem etiam per totam noctem quietè dormivit. Sed tamen ut antea, continuabat melancholicum delirium. Continuavi brodium alteratum

meliſſa, boragin. Fumar. vi[...]
Rad. bugloſſ. &c.

25. O[...]

Sed & ita ſublevatus, incipiebat e-narrare quod ſacerdos eſſet, & quod die ſequenti ſacrum celebraret &c. diſcurrente cum tanta ſinceritate & devotione, ut multi adſtantes ipſum ſacerdotem quaſi crediderint. Obſtinatum obſervans melancholicum hoc delirium, iterum volui melancholicum ſanguinem ex toto quinque hirudinibus venis hæmorrhoidalibus applicatis evacuare, quæ tamen hirudines ſolummodo 22. ſunt applicatæ, infirmo copioſè 20. & 21. etiam in ipſo ſomno ſudante.

23. Quæ tamen hirudines à delirio non liberarunt, quoniam quaſi lecto non adſtabam, incipiebat ad ſolitum delirare, quod ſacrum deſideraret celebrare &c. Pulſum examinans, obſervabam majori ex parte ceſſaſſe malignitatem, ſolâ reſtante cum mitiori morbo febrili putredine. Qua-

propter

25. Obſervans cum exigua febre obſtinatum hoc delirium continuare, cauſamque ejuſdem jam eſſe in ipſo cerebro firmatam, ad particularem evacuationem ejuſdem ordinavi poſt aures quatuor hirudines, continuante ut ſupra infirmo in brodiis humorem morbi concoquentibus.

26. Quia infirmus nocte tranſacta nihil dormiverat, fuit emulſio ſomnifera, melancholicam cerebri intemperiem corrigens, ordinata.

℞. *Sem. 4. frigid. maj. an.* ℥. ij. *Papav. alb.* ℥. s. *Amigd. dulc.* ℥. ij.

Contunde, & cum aq.

Meliſſæ, Fumariæ, Bugloſſ. Bogin. Lactucæ an. ℥. j.

f. emulſio, quæ manibus Chriſti perlat. q. ſ. dulcoretur.

27. Humor morbi, præparantibus reme-

remediis jam concoctus, ſequenti medicamento purgante, fuit per epicraſim evacuatus.

℞. *Meliſſ. Fumariæ Bugloſſ. Boragin. Lupul. an. m. s. Flor. Boragin. Violar. an. pug. j. Rad. polipodii Epithymi Fol. ſennæ an. ℥. s. Pruna Damaſ. ℥. ij.*

Coque in ſuff. aq. quantitate colatur.

℞. ℥. iiij. *in quibus diſſolv. Elect. lenitiv.* ℥. s. *Diaprun. ſolutiv.* ʒ. ij. *f. pot. b.*

28. 29. 30. Sequentem juleppum humorem melancholicum præparantem infirmus aſſumebat.

℞. *Aq. boragin. Violar. Fumariæ Endiviæ Meliſſ. Scorzon. Tot. citr. an.* ℥. j. *Aciditat. citr.* ℥. j. s. *Syr. de pomis Fumaria, an.* ℥. s. *m. f. julep.*

R 31. Con-

31. Continuò febre remittente & continuante in eodem gradu obſtinato melancholico delirio, ad majorem materiæ è capite evacuationem præſcripſi poſt aures duo veſicatoria, propinans eadem viſitatione, infirmo validiores vires jam obtinente, pillulam fortiter humorem morbi expurgantem.

℞. *Extract. elleb. nig.* ℈. j.
f. auro coopert. pil.

32. Sed hiſce omnibus remediis applicatis, ſacerdotem ſe putans, ſacrum deſiderabat, ut antea, celebrare, fixeque ſoli huic melancholico diſcurſui, morbo indies magis magiſque declinante, inſiſtebat. Præſcripſi pullum columbum per dorſum diſſectum, qui vertici calidè adhuc ſemivivus apponebatur, pillulamque ex

Laudan.

Laudan. opiat. gr. ij. *Confect. alkerm.* ℈. j.

propinavi, à quo poſt longum ſomnum

33. Inveni omnino ab hoc delirio liberatum febreque indies magis magiſque remittente, tandem, lentè ſudando, quadrageſimo die ſanitatem ex toto adeptus eſt. Quo de ſanitate congratulans & valedicens, ordinavi

℞. *Elect. lenitiv.* ℥. j. *Diaprun. ſolutiv. Confect. hamech. an.* ʒ. ij. *m. f. bol. auro cooperti.*

1. *Obſ.* Hanc continuam triplicem quartanam malignam à flatu hypochondriaco & lienis dolore concomitatam ſæpiſſimè in temperamentis melancholicis & aliquantulum bilioſis reperiri, rarius verò ex ſanguine prædominante & melan-

 cholia

cholia mixta temperamenta affligere: in utroque tamen temperamento oculatus debet eſſe medicus, ne propter hunc dolorem & continuam febrem lienis falsè judiçet adeſſe inflammationem, quod in praxi non raró in multis medicis obſervavi.

2. *Obſ.* Nos præſentibus dolore & flatu omnes aquas ſtillatitias juleppoſque refrigerantes à febre deſideratos omiſiſſe, quoniam plus valent hæc ſymptomata in prohibendo quam febris in indicando: obſervavi etenim non raró obſtinatiſſimas hujus viſceris obſtructiones à nimio potu aquæ in maligna febre à medico conceſſas, quæ longè difficilius ipſa febre, & non niſi longo tempore curabantur.

3. *Obſ.* pariter & ſanguinis miſſionem, præſentibus hiſce ſymptomatibus,

matibus,omiſimus,quoniam dolor à frigidiori cauſa dependens copioſiq; flatus eandem prohibeant, vires nimium perſternentes, ſi phlebotomia cum illis exerceatur.

4. *Obſ.* hiſce præſentibus ſymptomatibus enemata fuiſſe injecta carminativa & cauſam hujus doloris reſpicientia, quoniam plus auxilii & conſolationis infirmo adferebatur cauſas ſymptomatum quam ipſius febris removendo.

5. *Obſ.* Sanguinem tandem nos emiſiſſe ratione febris in morbi principio, ratione autem melancholici delirii non ſolummodo in augmento, verum & ipſa febre declinante; quæ omnia ita erant operanda, quoniam obſtinatum ſymptoma unoquoque morbi tempore

ſua remedia expoſtulat, cui eſt obediendum, niſi à prohibente validiori prohibeatur.

6. *Obſ.* Melancholiam, quamvis ut plurimum per ſe ſine febre affligit, tamen non rarò in melancholica maligna febre reperiri. uti in hoc infirmo noſtro, ſemper cum falſa imaginatione de eodem acutè delirante, obſervaſtis, quæ tamen melancholia magis propriè melancholicum delirium, ad diſtinctionem melancholiæ appellanda eſt. quod ſymptoma, melancholicum nimirum delirium hic adjungere volui, ut curioſus lector obſervet, quam multa remedia obſtinata deliria expoſtulent, quæ in multis infirmis, acutâ febre laborantibus indies conſpiciuntur. Quæ pauca hic ſufficient, quoniam, ſi aliqua melancholica maligna febris ab alio ſymptomate,

mate, de quo in hoc tractatu mentionem non fecimus, concomitata obſervetur, illud ſymptoma vel propria remedia non expoſtulabit, vel curatio ejuſdem ex jam dictis evadet lectori manifeſta.

TRACTATUS TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

NObilis Venetus quinquagenarius, carnoſæ ſed flaccilentæ & pinguis omnino conſtitutionis, cum oculis pallidioribus in tumida albeſcente facie, menſe hoc Decembris in continuum incidit lentum calorem magis nocturno tempore, ſine ſiti tamen aut linguæ ariditate, ſed cum tuſſi affligentem, urinæ albæ & tenues, pulſuſque debiles cum manuum tremore in principio hujus morbi cum à me ſecundo die obſervarentur, judicavi illuſtriſſimum virum pituitoſi (*a*) temperamenti

(a) Temp. Infirmi Eſſentia & cauſa morbi.

menti continuâ quotidianâ malignâ febre laborare, quæ non eſt niſi continuus lentus calor, indies noctu magis quam de die affligens, à putredine & malignitate pituitoſioris ſanguinis propter venarum obſtructiones reſultans. (*b*) Indicationes hujus pituitoſæ malignæ febris in eo conveniunt cum jam dictis, quod prima corporis regio ſit abluenda, major pars humoris morbifici in principio morbi ſit, uti in aliis, evacuanda &c. ſed differt, quod ſuis appropriatis remediis ſit attemperanda & ſuo tempore expurganda, ſi craſſiorem hujus humoris partem conſideremus, revellenda verò à corde & exſudanda ſuis etiam appropriatis remediis, ſi tenuiorem ej⁹

 par-

(a) Indicat.

partem malignitate affectam reſpi-
ciamus : obſtructiones deinde ape-
riuntur aperitivis calidioribus, quæ
in aliis febribus propter humoris
morbifici calidiorem temperiem
exceſſivumque febrilem calorem
erant omittenda, quæ tamen à præ-
parantibus remediis non ſunt diſtin-
guenda, cum unum idemque reme-
dium omnibus iſtis (*a*) indicationi-
bus inſervire poſſit. Quod hic mor-
bus periculoſus, uti cæteræ malignæ
febres, exiſtat, diuque perduret, no-
tum etiam eſt medicinæ tyrunculo:
quia tamen non concomitatur, ſim-
pliciterque eſt maligna febris, hinc
etiamſi in quinquagenario (in quo
de morte magis, quam in media æta-
te timendum) reperiatur, audens de
ſalute infirmi benè ſperare, ita cura-
tionem (*b*) inchoavi.

1. Igitur die quo viſitabam, ho-
eſſ

(a) Progn. (b) Remed.

eſt ſecundo morbi, ilicò, clyſtere injecto, ſanguis è dextro brachio ad ſex ſolummodo uncias propter œdematoſum infirmi temperamentum, largiorem ſanguinis miſſionem prohibens, fuit evacuatus.

2. Die uſque ad duodecimum incluſivè præparantia & malignitati reſiſtentia ex borragine, violis, carduo benedicto &c. propinabam, injiciens alternis diebus, alvo nihil evacuante, enema ex diacatholic. melle violar. ſolutivo, & ſimilibus.

3. Aquas cardui benedict. theriacales & ſimilia largiorem ſudorem provocantia remedia infirmo præſcribebam, non omittens ſequentibus diebus confectiones, magiſteria, pulvereſque cordiales, malignitatem non ſolummodo obtundentes, verum & vires ab eadem debilitatas corroborantes.

20. Iterum propinavi bolum ſudoriferum.

℞. *Confect. alkerm.* ℈.j. *Sal. card. benedict.* ʒ.j. *Theriacæ antiq.* ℈.iiij. *m. f. bol. auro coopertus.*

A quo, copioſè ſudando, ceſſavit tandem febrilis malignitas, validiore temperatiorique pulſu epullulante. quâ ſuperatâ, craſſiorem morbi humorem per epicraſin concoquendo & per alvum, urinam denuoque iterum ſudore, quod ad curationem ſimpliciter putridarum febrium pertinet; expellendo, primaſque vias enematibus per totum morbi decurſum abluendo, tandem quadrageſimo die infirmus à morbo ex toto convaluit.

1. *Obſ.* Quod, uti inter malignas febres frequentiſſima eſt biliosa, minus verò frequens melancholica, ita quoque omnium rariſſima hæc pituitoſa

tuitoſa ſeu quotidiana maligna exiſtat: aliquando tamen à practicis, hyemali præſertim tempore, pueros ſeneſque pituitoſi temperamenti affligere obſervatur.

2. *Obſ.* Pauca inſuper eſſe ſymptomata quæ à malignitate, & putredine pituitoſi humoris reſultante, dependent, inter illa tamen eſſe magis frequentia, quæ cerebrum humanum & pectus afficiunt, qualia v. g. ſunt ſomnolentiæ, inſultus epileptici &c. quorum in ſequentibus exemplum proponemus, omittentes, qui in hac febre non rarò etiam contingunt, & qui pectus afficiunt, ſuffocativos catharros, quorum deſcriptionem in ante dictis tractat. prim. habuiſtis.

3. *Obſ.* Cum hæc febris pituitoſa ſeu humidiora corpora ordinariè afficiat, ſudorifera à nobis præſcripta maximè eſſe in principio &

augmen-

augmento ſalutaria, non ſolummodo, quia tenuiores malignos humores ſudore expellendo febrilem quoque malignitatem exſtirpant, verum quia illis temperamentis appropriata, craſſiores putreſcentes humores attenuando ſeu incidendo, præparant ad ſuo tempore à medico præſtandam expurgationem, quod non fit ſine celeriori totius febris curatione.

CAPUT SECUNDUM.

MErcator Venetus hoc Menſe Novembris me ad curationem ſui filii 12. annorum, qui à biduo febricitaverat, advocavit, cujus habitum carnoſum, flaccidioris tamen ſubſtantiæ, faciemque albeſcentem inſpiciens, lentumque continuum calorem, qui noctu, tuſſiendo, ſine frigore & horrore, exacerbabat, obſervans,

ſervans, tandem pulſum exegi, in quo, cum tremores motuſque convulſivi cum magna virium dejectione tertio die morbi obſervarentur, indicavi patri adſtanti chariſſimum filium, pituitoſi ut plurimum temperamenti continuâ quotidianâ malignâ febre laborare, quæ, ut dictum, continuò, ſed noctu magis affligit, dependetque (a) ab humore ut plurimum pituitoſo in mediis venis propter obſtructiones, non ſolummodo excellenter putreſcente, verum & recipiente occultam qualitatem, quæ in principio morbi vitales ſpiritus diſſipando infirmos non exiguâ afficit, etiam hoc morbi tempore, debilitate. curationem inchoavi in ſcholaſticis regulis & ratione fundatam, quæ quid imperent, jam anteâ dictum: Prognoſticans patri non ſolummodo morbi periculum, verum,

(a) Eſſentia & cauſa morbi.

rum, cum ex malignitate & putredine craſſioris humoris reſultet, longitudinem. Ilicò igitur quatuor cucurbitulas, natibus & dorſo applicatas, quibus ſanguis ad quinque uncias extrahebatur, præſcribebam, injiciens eodem tempore ſequens enema.

℞. *Diacathol.* ℥. s. *Mel. violar. ſolut.* ℥. iiij.
Cum brodio carnis parum
m. & f. clyſter.

4. Die incœpi humorem morbi, in malignitate & putredine illis, quæ ſimul obſtructiones aperiunt, attemperare; qua de cauſa juleppos ex aquis cardui benedicti, mariæ, ſcorzonegræ, ſyrupis de gemmis &c. paroxiſmi tempore, vel brodia illis alterata propinabam, injiciens, alvo nihil dejiciente, primam corporis regionem abluens enema. Sed

11. Cre-

11. Creſcentibus cum manuum tremore motibus convulſivis, pulſuque cum majori frequentia, viriumque dejectione pulſante, propinavi ſequens ſudore humores malignos expellens remedium.

℞. *Aq. card. bened.* ℥. iiij. *lapid. bezoard. gr.* xij. *Iulep. de gem.* ℥. j.
m. f. julep.

14. Quæ omnia hujus febris accidentia cum & decimo quarto continuarent, iterum ſudoriferum remedium, ut ſupra, ordinavi.

℞. *Confect. alkerm.* ℈. j. *Sal. Card. benedict.* ℈. iij. *Lapid. bezoard. gr.* vj.
m. f. bol. ſudorif.

A quo copiosè ſudans, ſequentibus diebus, uſque ad vigeſimum miniori modo febris ſua tempora, ceſſantis ut plurimum motibus convulſivis, percurrebat. Sed

20. quo ſperabam terminaturam malignitatem, puero novo impetu morbus inſultabat, inducens ſtri-ctam digitorum conſtrictionem, ar-ctam dentium, cum ſpumæ emiſſio-ne, colliſionem, actionumque ani-malium univerſalem ceſſationem. Quibus obſervatis adſtantibus indi-cavi motum hunc fuiſſe epilepti-cum & à maligno vapore cerebrum nervosque vellicante dependere; quapropter ilicò, ne alius inſultus epilepticus ſuperveniret, manuum tremore cum convulſivis motibus adhuc continuante, præſcripſi duo brachiis applicanda veſicatoria, non ſolummodo tanquàm à corde, ve-rum & à capite continuò revellentia remedia, clyſtere non omiſſo qui ante ſequens ſudoriferum injiciebatur.

℞. *Ther. antiq. Confect. alkerm*

am

an.℈.j. *Caſtor.gr.*iij. *Sal.card. bened.*℈.ij. *Marg. orient.gr.*v. *m. f. bol. ſud.*

i quo tempore veſpertino, ſequentique die copiosè ſudando tandem 22. omnia malignitatis ſigna ceſſarunt, febre ſimpliciter putrida per aliquot dies in declinatione, continuante.

1. *Obſ.* motum epilepticum, uti, dum per ſe ſine alio morbo affligit, eſt horrendus, ita quoque dum in maligna febre ſupervenit, maximæ eſſe conſiderationis, quoniam etiamſi huic infirmo ſemel ſolummodo ſupervenerit, tamen & ſæpius in eodem morbo ſupervenire ſolet, uti in mercatore Germano, maligna pituitoſa febre laborante, ante paucos menſes plures verſatiſſimi medici mecum obſervarunt: eſt tamen æque

æque à medico timendus convulſivus motus, ſi diu perduret.

2. *Obſ.* hunc motum epilepticum ſuperveniſſe non ſimpliciter à maligno vapore ut maligno, verum à maligno vapore cerebro nerviſque occulta qualitate contrario, unde malignitatem nunc cordi ſpiritus vitales abſumendo, nunc cerebro nerviſque ſpiritus animales afficiendo magis eſſe contrariam, ſæpe tamen in pluribus occultis qualitatibus conſiſtere, uti ex plurium partium occulta læſione indies in praxi eodem morbo obſervamus.

3. *Obſ.* Quamvis epilepſia, quæ per ſe ſine febre affligit, morbus ſit longus (quoniam non ſolummodo per multos annos verum & per totam vitam paroxiſando, ſæpè affligit) tamen iſtius naturæ non eſſe hoſce, qui in maligna pituitoſa febre obſer-

bſervantur , inſultus epilepticos, ioniam ab haç maligna febre, ab ilepſia concomitata curatos novi, ui poſt 20. annos nullum amplius iotum epilepticum obſervarunt.

CAPUT TERTIUM.

VIdua annum agens quadrageſimum carnoſo corpore, ſed huidioris & flaccidioris ſubſtantiæ, tædita , in lentum calorem noctu xacerbantem hoc hyemali tempoe incidit, quo nocturno tempore, bre magis affligente , continuo uaſi ſomno corripiebatur. Ego rtio die morbi advocatus, pulſu nguidiori , urinâ morboſâque mnolentiâ obſervatis , judicavi ulierem noſtram pituitoſi , ut lurimum temperamenti , contiuâ quotidianâ maligna febre à mor-

morboſa ſomnolentiâ, lethargum præſagiente, concomitata, laborare. Quæ ſit hujus febris eſſentia & quæ ſint materialis & occaſionalis cauſæ, dictum eſt in anteriori capite; ſymptoma autem in hoc humidiori corpore à vaporibus malignis cerebro particulariter contrariis & ex febrili maligno humore adſcendentibus, provenire, notum eſt in arte peritis medicis: quoniam, quamvis & hiſce pituitoſis corporibus propter ſuperfluam humiditatem dici poſſet connaturale, eandemque ſomnolentiam in non maligna, ſed ſimpliciter putredine peccante febre, imo ſæpius ſine febre, ut in Comate &c. obſervari, nihilominus propter non ordinariam pulſus in principio morbi debilitatem, judicandum malignitatem adeſſe cordi contrariam, & conſequenter eandem cerebro inimicam

car

am, obſervantes & illud affectum. verum quidem eſt hanc corporis & cerebri humidiorem temperiem poſſe ſomnum augmentare, ſed tamen per ſe in hoc affectu cauſare non eſt adſerendum. quæ ſint hujus febris indicationes, diximus in antecedentibus: quod vapores maligni ſomnolentiam producentes à capite ſint revellendi, humorque ilicò diminuendus è quo aſcendunt, manifeſtum eſt omni praxim exercenti medico, quoniam, niſi hic citò operetur, plures cerebri morbos ſuperventuros, præſagit morboſa hæc ſomnolentia, qui tamen & ſæpè ſuperveniunt, medico etiam rectè operante. Curatio hujus longi & periculoſi morbi cum ſanguinis miſſionem in principio deſideret, menſeſque à pauco tempore deficerent, ſanguis 1, fuit in hac recenti men-

ſium

ſium obſtructione è talo dextri pedis ad ſex uncias evacuatus, quæ die ſequente à medico operatio fuit, ſed è dextro brachio ratione febris replicata, injiciens jam ſæpè mentionatum primamque corporis regionem abluens enema, ſed

5. Morboſâ ſomnolentiâ continuante, cucurbitulæ ſcarificatæ cervici & dorſo applicandæ, fuerunt præſcriptæ.

7. Creſcente malignitate & ſuperveniente majori non ſolummodo in pulſu debilitate, verum & cerebri ſomnolentiâ, ordinavi poſt cœnam, horâ nonâ noctis ſequentes bolos ſudoriferos

℞. *Confect. alkerm.* ℈. j. *Theriacæ antiq.* ℈. iiij. *Lapid. bezoard.* gr. xij. *Sal. card. bened.* ℈. iiij. *m. f. bol.*

Sec

Sed hiſce omnibus remediis ap-
plicatis die

9. Tanta ſupervenicbat in ſo-
mnum propenſio, ut lethargi nomi-
ne rectè poterat appellari, quoniam
cum eandem de remediis applicatis
interrogarem, ut, an oblivio adeſſet,
obſervarem, nullius amplius applica-
ti remedii recordebatur, & conſe-
quenter profunda aderat in ſomnum
propenſio cum oblivione in quibus
vera lethargi eſſentia conſiſtit. In-
jecto acriori enemate, quatuor bra-
chiis & cruribus veſicantia appli-
cabam.

11. Autem incœpit ſudare, & ſu-
dore copioſius profluente, etiam
magis magiſque ſomnolentia indies
remittebat, donec

14. Totaliter à morboſa hac ſo-
mnolentia & febrili malignitate li-
berata, quod validiores epullulantes

S pul-

pulſus indicabant, tandem vigeſimo totaliter à morbo convaluit, quo ultimo morbi tempore curatio more putridarum febrium, exſtinctâ jam malignitate, fuit peracta.

1. *Obſ.* Somnolentias in omni febre, etiam non maligna, qualiter & immoderatas vigilias, valdè eſſe à medico timendas, quoniam nobilem omninò partem humani corporis afficientes, ſunt periculoſiſſimæ præſertim, ſi profundiores, hyemali tempore pituitoſi temperamenti corpora afficiant.

2. *Obſ.* Sanguinem primo è tali fuiſſe evacuatum propter recentem menſium, ut diximus, ſuppreſſionem, quæ, ſi fuiſſet inveterata, è brachio ratione morbi à medico erat ordinanda.

3. *Obſ.* Sanguinem reſpectivè ad pituitoſum infirmæ temperamentum

tum copiosè in hoc morbo fuiſſe evacuatum, ita tamen, magnitudine ejuſdem deſiderante, erat neceſſarium, quoniam largiori ſanguinis miſſione etiam copioſi morbifici humoris facta eſt evacuatio, & conſequenter minor morbus à ſanguinis miſſione perſiſtebat. Nec valet, quod multi medici afferunt argumentum, ſanguinis miſſione calorem nativum debilitari, qui potius ad humoris pituitoſi frigidioris concoctionem conſervandus, quoniam hic corroboratur, dum ab opprimente copioſo pituitoſo humore, ſanguinis miſſione, liberatus, vegetior evadit.

2. *Obſ.* Quod multa veſicantia in morbo fuerint applicata non ſimpliciter propter malignitatem cordi ſpiritibuſque vitalibus contrariam, verum & cauſa malignitatis, quæ, ce-

rebro

rebro contraria,ſpiritus animales ſopore afficiebat. Imo veſicantia in nulla maligna febre magis quam in hac quæ à ſomnolento cerebri affectu concomitatur,conveniunt. Ratio eſt evidentiſſima ex ante dictis.

Quæ pauca hic ſufficient ut novelli medicinæ Practici in campum progrediantur,armati,ut primarium naturæ humanæ hoſtem,malignam nimirum febrem,poſſint intrepidè debellare.

FINIS.